

B. DAL  
LIBER  
EXORCIS





Y. Bulbas T. IV

2 años esante.

1631

VIII-73 Fdwi

75' el nuestro



C21

(14021)

LIBER

# EXORCISMO-

CVM ADVERSVS TEMPE-  
stes, & Dæmones, cum benedictionibus her-  
barum, & animalium, & aliarum rerum quæ  
in hoc libello continentur nunc re-  
cens editæ ex varijs au-  
toribus.

PER DOMINVM CHRISTOPHORVM  
*Lafferra, & Santistevan, licentiatum in sacra Theo-  
logia, & Commissarium sanctissimæ Inquisitionis,  
& Abbatis sancti Adriani contra Hæ-  
reticam pravitatem.*

PER BERENGARIO DAOIZ, APVD  
Regem Chatolicum, à Consilijs in supre-  
mo Castellæ Senatu.




Anno

1631.

CVM PRIVILEGIO.

Pompeiopoli: Apud Martinum ab Labayen  
Typographum.



Anno

CVM PRIVILEGIUM

*Licencia del Vicario General.*

**N**OS el Doctor dó Iuã de Cirica Arci-  
diano y Canonigo de la Cathedral de  
esta ciudad de Páplona, Governador,  
Prouissor, y Vicario General deste Obispado,  
por el Illustrissimo señor dó Christobal de Lo-  
bera Obispo del dicho Obispado del Consejo  
de su Magestad, &c. Por quãto el licẽciado dó  
Christobal Lasterra Comissario del Sãto Ofi-  
cio ha escripto y cõpuesto vn libro de *Exorcis-  
mos y Cõjuros contra tẽpestades, y otras cosas*; y por  
ser vtil y necessario para los Curas, y digno de  
imprimirse por el Real Cõsejo y nuestros pre-  
decessores, se le diõ permiso para ello; y porq̃  
nos ha representado auer tenido en su compo-  
sicion particular cuydado, y mucha costa, que  
le ha de redũdar en imprimirle, para aliuio de  
ella : y q̃ se anime mas en semejantes curio-  
sidades, damos licencia a los Abades, Rectores,  
Curas, Vicarios deste Obispado, para que si  
quisieren cada vno para su dicha Iglesia tome  
vno tan solamente, q̃ tomãndole y pagãdo al  
dicho licẽciado el precio del, segun su tañaciõ  
se les admita a cuenta de las rãtas de la Iglesia  
en las q̃ dierẽ en visita, sin que en ello les vega  
daño alguno. Dada en Páplona a 2. de Junio del  
año 1623.

*El Doctor Iuan de Cirica.*

Por mandado de su merced.

*Alonso Maço Secretario.*

# APROVACION.



OR mandado del Real Cõsejo de Nauarra, he visto y leydo con cuydado este libro intitulado, *Exorcismos y conjuros contra las tempestades, y otras cosas*, cõpuesto por el Licēciado dõ Christobal Lastera, Comissario del Santo Oficio, y no he hallado en el cosa que disuene de nuestra Fè, y Doctrina Catholica, antes bien me ha parecido muy vtil, y conuiniente, por el motiuo y fin que el Autor ha tenido de recoger diferentes cosas, y oraciones, todas conuenientes al titulo del dicho libro, con que tendran fuertes armas los Curas, y de mas ministros de la Iglesia, q̄ exercen los dichos ministerios contra nuestros enemigos, que en lo temporal y espiritual procuran nuestra destruycion, y perdicion. Por todo lo qual podra imprimirse. En Pamplona a 2. de Março de 1623.

*El Doctor don Martin de  
Ygoa y Ybarra.*

APRO-



## A P R O B A C I O N .

**P**OR mandado del señor don Alonso Ordoñez de la Real Vicario General deste Obispado, y Arcediano de la Valdonsella, vi y examinè vn librito intitulado *Exorcismos y conjuros cõtra las tempestades, y otras cosas*, que es compuesto por el Licenciado don Christobal de Lastera Comissario del Santo Oficio, y no he hallado en el cosa cõtra nuestra Santa Fè, ni cosa que obste à que se imprima y publique, y assí me parece se le puede dar licencia para le imprimir, por ser necessario para los Curas, y Exorcistas. Y esto me parece, saluo mejor parecer. Fecha en Santiago de Pamplona a 20. de Abril de 1622.

*Fr. Antonio Vazquez.*

**H**E comprobado el original referido arriba con lo impresso, y he hallado estar conforme a su original, aduertiendo las Erratas siguientes.

### E R R A T A S .

**F**ol. 19. lin. 8. *potestati, di. potestatem*, y lin. 22. a la buelta, *nos vis, di. nobis*, fol. 20. *alium, di. terminũ*, fo. 21. lin. 16. *alicui cui rei, di. alicui rei*, fol. 24. lin. 1. *irraelitici, di. Isrraelitici*, lin. 4. *dit, di. &*.

El Doctor don Martin de Ygoa, y Ybarra.



# LICENCIA Y PRIVILEGIO.



ON Phelipe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Nauarra, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias de Ierusalem, de Portugal, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Menorca, de Cerdena, de Cordoba, de Corcega, de Murcia, de Iauen de los Algarues de Algecira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brabant, y de Milan, Conde de Aspurg, de Flãdes, Tirol, y Barcelona, Señor de Vizcaya, y de Molina, &c. A quantos las presentes veran hazemos saber, q̄ por parte del Licenciado don Christobal Lastera, Beneficiado de la nuestra villa de Artajona, y Comissario del Santo Oficio, ante el Regēte y los del nuestro Real Consejo, se presento la peticion del tenor siguiēte. S. Magestad. El Licēciado dō Christobal Lastera dize, q̄ con licencia de vuestro Real Cōsejo se ha impresso el libro que ha compuesto de

Exorcis-

Exorcismos y otras cosas, y el Doctor Ygoa à quien se cometiò, se ha cometido su cõprobacion, haze relacion q̃ cócuerda cõ su original, como della consta q̃ presenta. Suplica a V. Magestad mande tassar lo q̃ ha de llevar por cada pliego en el dicho libro, y concederle priuilegio para por diez años, ò el tiẽpo q̃ fuere seruido, no la pueda imprimir otra persona y pide justicia. *Iuan Garcia.* Y por Nos vista la dicha peticion y diligencias hechas por nuestro mandado para su impresiõ, acordamos de dar è dimos esta nuestra carta en la dicha razõ, por la qual os damos licencia y facultad, para q̃ vos solo, o la persona q̃ vuestro poder huuiere, y no otra alguna podays hazer imprimir, y vender el dicho libro en todo este nuestro Reyno de Nauarra por tiempo y espacio de diez años, q̃ corren, y se cuenten desde el dia de la data de esta nuestra carta, so pena q̃ la persona, o personas q̃ sin tener vuestro poder le imprimiere, o vendiere, o hiziere imprimir, o vender pierda la impresiõ y aparejos, y mas incurra en pena de doze mil marauedis para nuestra Camara y Fisco y denunciador por mitad, con tãto q̃ todas las vezes q̃ huuiereys de boluer à imprimirlo durante el tiempo de los dichos diez años le traygays à nuestro Consejo juntamente con el original q̃ en el fue visto, para que se vea si la dicha impresiõ està confor-

me el original, y se tasse el precio q̄ ha de auer. Por tanto mandamos al Regente, y a los del nuestro dicho Consejo, Alcaldes de nuestra Corte mayor, Alcaldes ordinarios, y otros qualesquier justicias, y oficiales Reales del dicho nuestro Reyno de Nauarra, q̄ guarden y hagan guardar esta nuestra carta, y no contruengan a ella en manera alguna. Dada en la nuestra Ciudad de Páplona, fo el fello de nuestra Real Chancilleria a 2. dias del mes de Agof to del año 1623.

*El Licenciado don Gil de Albornoz.*

El Licenciado  
Eufa.

El Licenciado Miguel  
de Bayona.

El Licéciado don  
Lope Morales.

El Licéciado dō Diego de  
Ceuallos y de la Vega.

Por mandado de su Real Magestad, su Lugarteniente de Virrey, Regente, y los de su Real Consejo en su nombre,

*Pedro Barbo Secretario.*

EL

# EL REY.



Or quãto por parte de vos el Licenciado don Christoual d' Lastera y Santesteuã nos ha sido fecha relaciõ q̃ auuades cõpuesto vn libro intitulado *Exorcismos cõtra*

*tempestades* y otras cosas conueniẽtes al Culto y seruicio de nuestro Señor, y con licencia del Consejo de Nauarra le auuades impresso, el qual era de mucha utilidad, y nos suplicastes os mandassemos dar licencia, y priuilegio por diez años para poder imprimir y vender el dicho libro en estos Reynos de Castilla, como le teniades por el dicho Cõsejo de Nauarra, ò como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y Nos tuuimoslo por bien. Por la qual os damos licencia y facultad para q̃ podays traer y travgays à estos nuestros

† 5

Reynos



Reynos de Castilla del de Navarra quatro-  
cientos cuerpos del dicho libro intitulado,  
*Exorcismos contra tempestades*, que se huie-  
ren impresso en el dicho Reyno de Navar-  
ra, para q̄ se os ha dado licencia para le im-  
primir, y Priuilegio por diez años, y traydos  
los presenteys en el nuestro Consejo, para  
que por ellos visto se os tasse lo que por ca-  
da volumen huuieredes de auer, lo qual po-  
days hazer y hagays sin por ello caer ni in-  
currir en pena alguna: y mandamos à qua-  
lesquier nuestras justicias no os pongan en  
ello embargo ni impedimento alguno. Fe-  
cha en el Pardo á veynte y quatro dias del  
mes de Enero de mil y seyscientos y veynte  
y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

*Pedro de Contreras.*

TASSA.

## TASSA.

**Y**O Ioan de Xerez Escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, doy fee que auiedose visto por los señores de el vn libro intitulado *Exorcismos contra tempestades*, compuesto por el Licenciado don Christoual de Lasterra y Santistewan, que por los dichos señores se le ha dado licencia para poder entrar en estos Reynos quatrocientos cuerpos impresos con licencia del Consejo del Reyno de Nauarra, en el dicho Reyno le tassaron á quatro matauedis el pliego, y á este precio y no mas mandaron se venda el dicho libro, y que esta fee de tassa se ponga al principio de cada cuerpo, para que se sepa al precio de como se ha de vender, y para que dello conste de pidimiento de la parte del dicho don Christoual de Lasterra, y mandado de los dichos señores del Consejo di esta fee en Madrid á ocho dias del mes de Hebrero de mil y seyscientos y veynte y quatro años.

*Ioan de Xerez.*

D. BEREN,






D. BERENGARIO DA OYZ  
apud Regem Catholicum, à Consilijs in su-  
premo Castellæ senatu, Licenciatus Christo-  
phorus Lasterra, & Santisteuan, Commissarius  
sanctissimæ Inquisitionis contra Here-  
ticam prauitatem  
Salutem.



AGNITVDINEM tuã,  
ac dignitatē paruitas mei  
operis (doctissime Beren-  
gari) non offendat, sed cū  
receptissimū sit antiqui-  
tatis, atq; nunc, vt illi qui  
libros componunt ad eos  
tuendos Patronos sibi obtinent nō ignobi-  
les, vt eorum patrocinijs latratium morsus  
facilè cohibeantur. Hinc factū est, vt statim  
tu mihi Patronus ocurreris, cūctis alijs om-  
nino præferēdus, cui vni mearū lucubrati-  
onum

num primitias consecrare deberem. Librū  
scilicet Exorcismorum, aliarumque piarū  
precaionum, quem sub tui patrocinijs alis  
tuendum ad te mitto, idque boni consulas  
neceſſe eſt. Cum enim eo ſis communis  
vtilitatis zelo præditus, dubitare nō debeo,  
quin is labor tibi gratiſſimus ſit futurus,  
qui in communem vtilitatem paratur, vt  
quantò cōmuniſior tantò etiā ( iuxta Plato-  
nis ſententiam ) diuiniſior exiſtat, in quo, ſi  
( quæ tua eſt humanitas ) nō tam molem, &  
magnitudinē, quàm fidē deditiſſimi clien-  
tis ſpectes, mihi cumulatiſſimè ſatiſfactum  
eſſe nō dubitabo. Vale inclyte, Collegij Ve-  
tuſti Diui Bartholomæi Collega, & Cōſilia-  
ri ſupremi Regis Catholici ob tuā eximiam  
virtutem, & ſapientiam, nec non omnium  
noſtrum, & totius Cantabriæ ma-  
ximum ornamen-  
tum.



AD

# Ad Lectorem.



Vamuis multa, vel aliqua defint, hoc opusculum, quam maxime gratum, precor lectori habeat.

Vale cupide lector, & alieno labore fruere.



INDEX OMNIVM, QUÆ IN  
opusculo continentur claritatis  
gratia.

- C**ap. 1. De Exorcismis contra tempestates, fo-  
lio. 1.
- Cap. 2. Litaniæ Sanctorum, fol. 25.
- Cap. 3. Litaniæ Beatæ Mariæ Virginis Lauretanæ,  
fol. 30.
- Cap. 4. Ordo benedicendi terminos, fol. 31.
- Cap. 5. Benedictio herbarum in die sancti Ioannis  
Baptistæ, fol. 38.
- Cap. 6. Benedictio herbarum in die sancti Laurentij,  
fol. 39.
- Cap. 7. Benedictio aquæ contra aues locustas & alia  
animalia, fol. 40.
- Cap. 8. Benedictio agrorum, vt ab eis locustas &  
alia animalia expellantur, fol. 41.
- Cap. 9. Conjuratio sancti Gregorij Ostiensis, & be-  
neditio pro animalibus infirmantibus, fol. 41.
- Cap. 10. Benedictio ramorum in die sancti Petri  
Martyris, fol. 42.
- Cap. 11. Oratio faciendâ à Sacerdotibus in visitatio-  
ne infirmorum, fol. 42.
- Cap. 12. Exorcismus contra impeditos in matrimo-  
nio, fol. 44.

Cap.



- Cap. 13. Ex Cartusiano de quatuor nouissimis, fol. 45.
- Cap. 14. Missas de las cinco llagas de nuestro Señor Iesu Christo, fol. 48.
- Cap. 15. Missas de S. Gregorio Magno Doctor de la Iglesia, fol. 58.
- Cap. 16. Missas del Emperador Enrrico, fol. 59.
- Cap. 17. Oracion muy deuota con Indulgencias, Salutatio ad Crucem, fol. 60.
- Cap. 18. Salutatio ad Virginem. Ad Angelum Custodem. Versus. Oracion deuota de santo Antonio de Padua para matar las lombrices. Otra del mismo Santo, para hallar las cosas perdidas, folio 61.
- Cap. 19. La antiguedad del Labaro, fol. 62.
- Cap. 20. Relacion verdadera de la santa Imagen de nuestra Señora, que està en la Real villa de Artaxona, fol. 64.
- Cap. 21. Milagros de S. Pedro Martyr. Relacion de S. Gregorio, fol. 66.
- Cap. 22. Nota de la carta del Rey Abagaro, fol. 67.
- Cap. 23. Respuesta de Christo nuestro Señor. Oracion de S. Cipriano, fol. 68.
- Cap. 24. Conjuuro contra los Lobos y Raposos, y aues de rapiña, fol. 73.
- Cap. 25. Declaracion de los nombres Hebreos, y Griegos, fol. 74.

EXOR-



EXORDIVM.

## EXORCISMVS

CONTRA IMMINENTEM

tempestatem fulgurum, &amp; grandinis.

Ex Manuali Romano, & alijs  
autoribus.

IGNVM Crucis † sit in  
fronte mea, verba Christi  
sint in ore meo, arma Chri  
sti sint in pectore meo.  
Per signum Crucis † de  
inimicis nostris † libera  
nos † Deus noster. Poten-

tia Patris confirma me. Sapiencia Filij doce  
me. Amor Spiritus sancti illumina me. Bene  
dicta sit dies, & hora, qua Dominus noster  
Iesus Christus, natus est de Virgine Maria:  
In nomine Patris † & Filij † & Spiritus  
sancti. † Amen. Nos cum prole pia benedi  
cat Virgo Maria.

A

Per



*Exorcismus.*

**P**er signum Crucis † de inimicis † nostris libera nos † Deus noster in nomine Patris † & Filij † & Spiritus sancti † Amē. Dicitur simbolū fidei, &c. Credo in Deum. Deinde Kyrie eleison. Christe, &c. Pater noster, &c.

ψ. Adiutorium nostrū in nomine Domini.  
R. Qui fecit cœlum, & terram. ψ. Sit nomen Domini benedictum. R. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. ψ. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. R. Et fugiant, qui oderunt eum a facie eius. ψ. Exurge Christe adiuua nos. R. Et libera nos propter nomen tuum.

ψ. Domine exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**omine Iesu Christe, qui fecisti cœlū, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt quique flumini Iordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in Cruce † extendisti, quibus aerem sanctificasti.

Obte-

*Exorcismus.*

Obsecramus inmensam pietatis, & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à dextris, & à sinistris video aerem perturbare, dissoluere, & annihilare digneris, vt alligata potestas dæmonum impie desæuentiū deficiat, & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & potentissimæ maiestatis tuæ. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Col. Postea conuersus ad nubes signet eas signo Crucis dicens.*

**C**ircundet te nubes Deus Pater † Circundet te Deus Filius. † Circundet te Deus Spiritus sanctus. † Destruat te Deus Pater. † Destruat te Deus Filius. † Destruat te Deus Spiritus sanctus. Comprimat te Deus Pater. † Comprimat te Deus Filius. † Comprimat te Deus Spiritus sanctus. Amen.

*Obsecratio:*

**S**anctus Matthæus, sanctus Marcus, sanctus Lucas, sanctus Ioannes Euangelistæ, qui Christi Euangelium per quatuor mundi partes diuulgarunt, ipsi suis meritis,

*Exorcismus.*

& precibus hanc tempestatem a termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus ab eodem Domino nostro Iesu Christo obtineant effugari, & depelli.

*Exorcismus.*

**E**T ego peccator, & Christi Sacerdos, seu minister licet indignus autoritate, & virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confisus, vobis præcipio immūdisimi spiritus, qui has nubes seu nebulas concitatis, in virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi † per sanctissimam eiusdem Incarnationem, per Baptismum, & Ieiunium ipsius, per eius sacratissimam Crucem, † & Passionem, per sanctam Resurrectionem, per admirabilem Ascensionem, per tremendum Aduentum eius, ad Iudicium, per merita intemeratæ semperq; Virginis Mariæ, & sanctissimi N. & per merita omnium sanctorum, vt exeatis ab eis, & eas dispergatis in locis siluestribus, & in cultis, quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibuscumq; rebus humanis vsibus deputatis.

putatis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

† Ipse vobis imperat dæmones, qui has nubes commouetis de quo de nube lucida dictum est. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. † Ipse vobis imperat, qui sua sacratissima Cruce, & corporis sui sanctissimi in ea extensione aerem purgavit. † Ipse vobis imperat, qui mortem suam, vos, Principem vestrum, mortemq; deuicit, & ligauit, atq; æternæ gehennæ mancipauit ignibus. † Ipse vobis imperat, qui inferno spoliato surrexit à mortuis. † Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube susceptus virtute sua ascendit in cœlum. † Ipse vobis imperat qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. &c. Amen.

Col. *Et postea ostendat crucem in aere  
dicens.*

**E**Cce lignum sanctissimæ Crucis, fugite partes aduersæ, vicit enim vos, & mundum Dominus noster Iesus Christus Filius



*Exorcismus.*

Dei Imperator sum nus, Leo de tribu Iuda,  
radix David.

Col. Postea aquam benedictam in modum  
Crucis. † Aspergat per quatuor latera si non-  
dum quieuit tempestas dicuntur Litanie, &  
Psalmi ut sequuntur.

*Dicitur symbolum sancti Athanasij.*

1 **Q** Vicumque vult saluus esse: ante  
omnia opus est vt teneat catholi-  
cam fidem.

2 Quam nisi quisque integram, inuola-  
tamq; seruauerit: absque dubio in æternum  
peribit.

3 Fides autem catholica hæc est, vt vnum  
Deum in Trinitate: & Trinitatem in vni-  
tate veneremur.

4 Neque confundentes personas, neque  
substantiam separantes.

5 Alia est enim persona Patris, alia Filij,  
alia Spiritus sancti vna est diuinitas: æqualis  
gloria, coæterna maiestas.

6 Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est  
diuinitas æqualis gloria, coæterna maiestas.

7 Qualis

7 Qualis Pater, talis Filius : talis Spiritus sanctus.

8 Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spiritus sanctus.

9 Immensus Pater, immensus Filius : immensus Spiritus sanctus.

10 Æternus Pater, æternus Filius : æternus Spiritus sanctus.

11 Et tamen non tres æterni : sed vnus æternus.

12 Sicut non tres increati, nec tres immēsi: sed vnus increatus, & vnus immensus.

13 Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius: omnipotens Spiritus sanctus.

14 Et tamen non tres omnipotentes : sed vnus omnipotens.

15 Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

16 Et tamen non tres Dij : sed vnus est Deus.

17 Ita Dominus Pater Dominus Filius Dominus Spiritus sanctus.

18 Et tamen non tres Domini : sed vnus est Dominus.

19 Quia sicut singillatim vnamquamq;



personam Deum, ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres Deos, aut Dominos dicere catholica religione prohibemur.

20 Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

21 Filius à Patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus.

22 Spiritus sanctus à Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

23 Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

24 Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ co æternæ sibi sunt, & quæ quales.

25 Ita vt per omnia, sicut iam supradictum est, & vnitas in Trinitate: & Trinitas in vnitatem veneranda sit.

26 Qui vult ergo salus esse: ita de Trinitate sentiat.

27 Sed necessarium est ad æternam salutem, vt Incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

8 Est ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur: quia Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, Deus, & homo est.

9 Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus: & homo est ex substantia matris in sæculo natus.

10 Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne subsistens.

11 Aequalis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secundum humanitatem.

12 Qui licet Deus sit, & homo: non duo amen sed vnus est Christus.

13 Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

14 Vnus omnino non confusione substantiæ: sed vnitæ personæ.

15 Nam, sicut anima rationalis, & carnis vnus est homo: ita Deus, & homo vnus est Christus.

16 Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.

17 Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est

iudicare viuos, & mortuos.

38 Ad cuius aduentum omnes homines  
resurgere abent cum corporibus suis; & re-  
dituri sunt de factis proprijs rationem.

39 Et qui bona egerunt, ibunt in vitam  
æternam, qui vero mala in ignem æternum.

40 Hæc est fides catholica, quam  
quisque fideliter, firmiterq; crediderit: salu-  
esse non poterit. Gloria Patri, &c. *Dico*  
*Antiphonam.*

*Salve Regina, &c.*

**S**vb tuum præsidium confugimus sancte  
Dei genitrix: nostras deprecationes non  
despicias in necessitatibus, sed à periculo  
cunctis libera nos semper, virgo gloriosa, &  
benedicta.

ÿ. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.

R. Vt digni efficiamur promissionibus Chri-  
sti. *Oremus.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus, que  
gloriosæ Virginis matris Mariæ coe-  
pus, & animam, vt dignum Filij tui habitacul-  
culum effici mereretur Spiritu sancto coope-  
rante præparasti: da, vt cuius commemora-  
tione letamur, eius pia intercessione, et  
instan-

stantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum Amen. *Dicitur Canticum sequens.*  
 Benedicite omnia opera Domini, & in quolibet versu dicti Cātici addatur. *ψ.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

*Canticum Danielis.*

**B**enedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & super exaltate eum in secula. Gloria, &c.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite coeli Domino. Gloria Patri, & Filio, &c.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt; Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino. Gloria Patri.

Benedicite Sol, & Luna Domino: benedicite stellæ cæli Domino. Gloria patri.

Benedicite omnis imber, & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino. Gloria.

Benedicite ignis, & æstus Domino: benedicite frigus, & æstus Domino. Gloria Patri.

Benedicite rores, & pruina Domino: benedicite



*Exorcismus.*

dicite gelu, & frigus Domino. Gloria Patri.  
Benedicite glacies, & niues Domino: bene-  
dicite noctes & dies Domino. Gloria Patri.  
Benedicite lux, & tenebræ Domino: bene-  
dicite fulgura, & nubes Domino. Gloria  
Patri.

Benedicat terra Dominum: laudet & super  
exaltet eum in sæcula. Gloria Patri.

Benedicite montes, & colles Domino: bene-  
dicite vniuersa germinãtia in terra Domino.  
Gloria.

Benedicite fontes Domino: benedicite ma-  
ria, & flumina Domino. Gloria Patri.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur  
in aquis, Domino: benedicite omnes volu-  
cres cœli Domino. Gloria Patri.

Benedicite omnes bestix, & pecora Domi-  
no: benedicite Filij hominum Domino.  
Gloria.

Benedicat Israel Dominum. laudet, & supe-  
exaltet eum in sæcula. Gloria.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino:  
benedicite serui Domini Domino. Gloria.

Benedicite spiritus, & animæ iustorum Do-  
mino: benedicite sancti, & humiles cordi  
Domino

Domino. Gloria Patri.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, & super exaltate eum in sæcula. Gloria.

Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto spiritu: laudemus, & super exaltemus eum in sæcula. Gloria Patri.

Benedictus es Domine in firmamento cæli: & laudabilis, & gloriosus, & super exaltatus in sæcula. Gloria Patri, &c.

ÿ. Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto spiritu.

R. Laudemus, & super exaltemus eum in sæcula.

ÿ. Ora pro nobis sancta Deigenitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ÿ. Exurge Christe adiuua nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione

veræ

*Exorcismus.*

veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare unitatem, quæsumus, vt eiusdē fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersariis.

Protege Domine famulos tuos subsidio pacis, & beatæ Mariæ semper Virginis patrocinio confidentes, à cunctis hostibus, & periculis redde securos.

A domo tua quæsumus Domine spirituales nequitia repellantur, & aere earum discedat malignitas tempestatum.

Ad te nos Domine clamantes exaudi, & aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus: vt qui iustè pro peccatis affligimur, misericordia tua præueniente, clementiam sentiamus.

*Oratio.*

**L**argiri, & conseruare fructus terrarum dignare Domine Deus noster, vt temporalibus gaudeamus auxilijs, & proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum, &c.

*Col. Secunda forma Exorcismorum.*

**I**N nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus sancti. Amen. †. Domine exaudi orationem

tionem

tionem meam. &c. Et clamor meus. ad te ve-  
niat. ψ. Dominus vobiscum. &c. Et cum spi-  
ritu tuo.

*Oremus.*

**O**Mnipotens Domine, Verbum Dei  
Patris, Christe Iesu, qui sanctis Apo-  
stolis tuis dedisti potestatem calcandi super  
serpentes, & scorpiones, & super omnem  
virtutem inimici, & cuius virtutē victus,  
anquam fulgur de cœlo, Satanas cecidit:  
uum nomen tremens, supplexq; deprecor,  
et mihi indignissimo seruo tuo data venia  
peccatorum, confidentiam, & virtutem do-  
nare digneris, vt hunc crudelem draconem  
rachij tui potentia securus aggrediar. Qui  
iuis, & regnas cum Deo Patre, &c. Amen.

*Oremus.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus, à cuius  
facie cœli distillant, mōtes sicut cera  
quiescunt; terra tremit, cui patent abissi,  
quem infernus pauescit: te supplex deprecor,  
et inuocatione tui nominis, terminus nos-  
ter à diabolica vexatione liberetur, & per  
gratiam Spiritus sancti defendatur. Qui te-  
um, &c.



*Exorcismus.*

Col. *Dicitur symbolum fidei. Credo.*

ψ. Benedicamus Patrem, & Filium, cum  
et o spiritu.

℞. Laudemus, & super exaltemus eum  
sæcula.

ψ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**O**Mnipotens sempiternus Deus, qui d  
disti famulis tuis, in confessione ve  
fidei æternæ Trinitatis gloriam agnosce  
& in potentia maiestatis, adorare vnitate  
quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab o  
nibus sēper muniamur aduersis. Per Chri  
tum Dominum nostrum. ℞. Amen.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Dom  
ni. ℞. Qui fecit cælum, & terram.

**E**Xorcizo vos immundi spiritus, ꝑ  
Patrē, † & Filium, † & Spiritum † sc  
ctum, vt exeatis, & recedatis ab hoc terri  
no, & ab omnibus christianorum finibꝫ  
Ipse enim vobis imperat maledicti dante  
ti, qui pedibus super mare ambulauit, & l  
tro ne mergeretur, dexteram porrexit: C  
cæco nato oculos aperuit: & quatrduant

La

Lazarum de monumento suscitauit. Ergo maledicti Diaboli recognoscite sententiam vestram, & date honorem Deo viuo † & vero. Date honorem Iesu † Christo Filio eius, & Spiritui † sancto, & recedite ab hoc termino, & ab omnibus finibus Christianorum, & hoc signum sanctæ † Crucis, confundat, & mittat vos in Gehennam ignis. Vos maledicti diaboli, nunquam audeatis violare, & destruere agros Christianorum: per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

**A** Vdi maledicte Satana, adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, Filij eius, cum tua victus inuidia, tremens, gemenq; discede: nihil sit tibi commune cū termino isto, nec alio Christianorum. Da igitur honorem Deo, qui ex summa cœli arce descendens, per turbatis fraudibus tuis, mundum sibi templū, & habitaculum perficiat: vt ab omni penitus vexatione liberatum gratias perenni Deo, referamus semper, & benedicamus nomē eius in sæcula sæculorum. Amen.

B

Ne

*Exorcismus.*

**N**E te lateat Satana imminere tibi pa-  
nas, imminere tibi tormenta, immin-  
re tibi diem iudicij, diemque supplicij sem-  
piterni, diem, qui venturus est velut clybe-  
nus ardens: in quo tibi, atq; vniuersis Ange-  
lis tuis, æternus superueniet interitus. Proi-  
de damnate, adq; damnande, da honorem  
Deo viuo, & vero, da honorem Iesu Chri-  
sto Filio eius, & Spiritui sancto: in cuius no-  
mine, ac virtute. Ego minister Christi hu-  
milissimus præcipio tibi, quicumque es sp-  
ritus immunde, vt excas, & recedas ab hoc  
termino, & ab omnibus finibus Christiano-  
rum, & ne amplius manere præsumas in lo-  
cis in quibus noscere possis.

Exite spiritus immundi ab hoc termino  
& ab omnibus finibus christianorum, & ne  
in eum præsumatis amplius introire, nec  
alium. † Ipse vobis imperat maledicti Di-  
boli, qui vos de supernis cœlorum in inf-  
riora terræ demergit, qui vos retrorsum a-  
ire præcepit. Vos ergo nequissimi spiritus  
humani generis inimici, mortis adductores  
vitæ raptores, iustitiæ declinatores, malorum  
radices, seductores hominum, incitatores  
inuidi

inuidiæ, causæ discordiæ, patres mendacij:  
illum metuite, qui in Isaac immolatus est: in  
Ioseph venundatus, in agno occisus: in homi  
ne crucifixus: qui deinde inferni triumphator  
extitit gloriosus. Recedite ergo in nomi  
ne Pa tris, & Filij, † & Spiritus † sancti,  
ab hoc termino, & ab omnibus finibus  
christianorum, & ne amplius introeatis in  
eis in virtute Domini nostri Iesu Christi,  
qui venturus est iudicare viuos, & mortuos,  
& sæculum per ignem. Amen.

**E**Cce lignum sanctissimæ Crucis, † fu  
gite partes aduersæ, vicit enim vos, &  
mundum, Dominus Iesus Christus, Filius  
Dei, Imperator summus, Leo de Tribu Iu  
da, radix David.

Adoramus te Christe, & benedicimus ti  
bi, quia per sanctam Crucem tuam rede  
misti mundum.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie elei  
son. *Pater noster*, &c. †. Et ne nos. &c. Sed  
libera nos, &c. †. Exurgat Deus, & dissipen  
tur inimici eius. &c. Et fugiant, qui oderunt  
eum à facie eius. †. Saluum fac populum  
uum, &c. Deus meus sperantem in te. †. Ni



*Exorcismus.*

hil proficiat inimicus in eo. *R.* Et Filius iniquitatis, non apponat nocere ei. *ψ.* Esto es Domine turris fortitudinis, *R.* A facie inimici. *ψ.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *ψ.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**Eus, qui culpa offenderis, pænitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur auerte.

Hostium nostrorum, quæsumus Domine elide superbiam: eorumq; cotumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

**D**Eus, qui contrariorū, non despicias gemitum, & mærentium, non spernis affectum: ad esto supplicationibus nostris, quas tibi pro tribulatione nostra effundimus, easq; clemēter exaudi: vt quidquid contra nos diabolicæ, atq; humanæ moluntur aduersitates, ad nihilum redigatur, & consilio tuæ pietatis allidatur: quatenus nullis aduersitatibus læsi, sed de omni tribulatione, & angustia erepti, læti in Ecclesia tua

gratia

gratias tibi referamus. Per Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Tertia forma.*

**I**N nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † sancti. *R.* Amen.

Nos cum prole quia, benedicat Virgo Maria. Ecce crucem † Domini, fugite partes aduersæ: vicit Leo de tribu Iuda, radix David. *ψ.* Domine exaudi, &c. *R.* Et clamor, &c. *ψ.* Dominus vobiscum, *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**Eus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginū, Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: inuoco nomen sanctum tuum, ac præclare maiestatis tuæ clementiam suppliciter exposco: vt mihi auxilium præstare digneris, aduersus hos nequissimos dracones, & spiritus, & omnem qui vexat hunc, & alium terminum Christianorum. Per eundem Christum Dominum. Amen.

**E**Xorcizo te inmunde Spiritus, omnis incurfio aduersarij, omnis ira, omne

## Exorcismus.

phātaſma omnis legio, in nomine Domini  
noſtri Ieſu Chriſti: eradicare, & effugare ab  
hoc termino, & ab omnibus finibus Chriſ-  
tianorum. † Ipſe tibi imperat, qui te de ſu-  
pernis cœlorum in inferiora terræ demergi  
præcepit. Audi ergo, & time Satana, victus,  
& proſtratus abſcede, in nomine Domini  
noſtri Ieſu † Chriſti. Tu ergo nequiſſime Sa-  
tana, inimic⁹ fidei, hoſtis generis humani,  
mortis adductor, vitæ raptor, iuſtitie decli-  
nator: malorum radix: fomes vitiorum, ſe-  
ductor hominum, proditor gentium, inci-  
tator inuidiæ: origo auaritiæ, cauſa diſcer-  
diæ: excitator dolorum, malorum magiſter;  
quid ſtas, & reſiſtis: cum ſcias Deum tuas  
perdere vires: illum metue, qui in Iſaac im-  
molatus eſt: in Ioseph venundatus, in agno  
occisus in homine crucifixus: deinde inferni  
triumphator extitit glorioſus.

**R** Ecede ergo in nomine Pa-  
tris, & Fi-  
lii, & Spiritus ſancti. Da locum  
ſpuitu ſancto per hoc ſignum Crucis † Do-  
mini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre, &  
ſpuitu ſancto viuſcit, & regnat Deus, per  
omnia ſæcula ſæculorum. R. Amen.

ŷ. Do-

✠ Dominus, &c. R. Et cum, &c. Oremus.

**D**eus conditor, & defensor generis humani, qui hominem ad imaginē tuā formasti: respice sanctissime Pater super hunc terminum, & alium Christianorum, qui dolis inuidi serpentis appetitur, quem vetus aduersarius, anticus hostis terræ, formidinis horrore circumuolat.

Repelle Domine virtutem Diaboli, fallacesq; eius insidias amoue procul: impius tentator aufugiat. Sine nominis tui signo † Crucis termini christianorum muniti, & defensi. Tu fructus terræ custodias, & famulos tuos in fide confirmes. Da Domine ad hanc inuocationem sanctissimi nominis tui gratiam, vt qui vsque terrebat, territus aufugiat, & victus abscedat. Per Christum.

† Adiuro vos serpentes antiquos, periuriam viuorum, & mortuorum, per factorem vestrum, per factorem mundi, per eum, qui habet potestatem mittendi vos in gehennam, vt ab hoc termino, & omni alio Christianorum festinus discedatis.

Adiuro vos iterum, non mea infirmitate, sed virtute Spiritus sancti, vt procul ad loca in-



## Exorcismus.

culta, aufugiatis à termino isto. Cedite ergo cedite, non mihi, sed ministro Christi, illius enim vos vrget potestas, qui vos affixus Crucis subiugauit: illius brachium contremiscite, qui deuictis gemitibus inferni, animas ad lucem perduxit. Sit vobis terror Crux Christi † sit vobis formido imago Dei, ne resistatis, nec moremini discedere ab hoc termino, & omni alio Christianorum, & ne contemnendum me putetis, dum me peccatorem esse cognoscitis. † Imperat vobis Deus. † Imperat vobis maiestas Christi. † Imperat vobis Deus Pater. † Imperat vobis Deus Filius. † Imperat vobis Deus Spiritus sanctus. † Imperat vobis fides Apostolorum, Petri, & Pauli, & cæterorum sanctorum. † Imperat vobis Martyrum sanguis. † Imperat vobis Sacramentum Cru † cis. Imperat vobis mysteriorum virtus. Exite ergo transgressores. Exite seductores, pleni omni dolo, & fallacia: veritatis inimici; innocentium persecutores. Date locum durissimi, date locum impijssimi, date locum Christo, in quo nihil inuenistis de operibus vestris, qui vos spoliauit, qui regnum vestrum destruxit, qui

qui vos victos ligavit, & vasa vestra diripuit,  
is qui vos proiecit in tenebras, vbi tibi Satana  
cum ministris tuis erit pręparatus interitus.  
Sed quid truculente recogitas? quid temera-  
rie retractas? reus omnipotenti Deo es, cuius  
iustitiam transgressus es: reus es filio eius Iesu  
Christo Domino nostro, quem tētare ausus  
es, & crucifigere pręsumpsisti: reus es huma-  
no generi, cui tuis persuasionibus mortis  
fructum propinasti.

Col. *Quarta forma.*

Ÿ. Dominus vobis cum. &. Et cum spiritu  
tuo. *Oremus.*

**D**omine sancte Pater omnipotens æter-  
ne Deus, Osanna in excelsis. Pater  
Domini nostri Iesu Christi, qui illum refu-  
gium, tyrannum, & apostatã gehennę igni-  
bus deputasti: qui vnigenitum tuum in hunc  
mundum misisti, vt illum rugientem conte-  
teret: velociter atēde, accelera, vt eripias ter-  
minum nostrum à ruina, & Dæmonio meri-  
liano. Da Domine terrorē tuum super bes-  
tiam, quę exterminat terminum tuum. Da  
fiduciam seruis tuis, contra nequissimum,  
vgnare fortissime, ne contemnat sperantes

*Exorcismus.*

in te, & ne dicat, sicut in Pharaone, iam dixi  
Deū non noui: & Israel non dimittā; vrgeat  
illum dextera tua potens expellere à termino  
isto, & ab omni alio Christianorum, qui  
tecum viuit, & regnat. & Amen.

**A** Diuro ergo vos dracones nequissimi  
in nomine agni immaculati, qui ambulauit  
super aspidem, & baciliscum, qui conculcauit  
leonem, & draconem, vt discedatis à termino  
isto, & omni alio christianorum, & exeat  
à loca inculta, & campestria in quibus  
nulli nocere potestis. Contremiseite, & effur  
gite, inuocato nomine Domini: quem inferi  
ni tremunt, cui virtutes cœlorum, potestates  
& dominationes, subiectæ sunt: quem Cheru  
rubim, & Seraphim indefessis vocibus lau  
dant, † imperat vobis Verbum caro factum  
† imperat vobis natus ex Virgine: † imperat  
vobis Iesus Nazaræus, qui te cum discipu  
los eius contemneres (o Satan: ) elisum, atque  
prostratum exire præcepit ab homine: qui  
præsente, cum te ab homine separasset, ne  
porcorum gregem contingere præsumebas.  
Recedite nunc Dæmones adiurati in nomi  
ne eius à termino isto, & ab omni alio Chris

tiano

xnorum. Qui te Satane in Herode Rege  
 canorem Deo non dante, percussit, qui te  
 iBaruch Mago, per Apostolum suum Pau-  
 la, cæcitatæ caligine perdidit: & per eum-  
 m de Phitonissa verbo imperas, exire præ-  
 ibit. Discede ergo nunc, discede seductor.  
 bi eremus sedes est: tibi habitatio, serpens  
 n. Humiliare, & prostertere, iam nõ est dis-  
 iendi tempus. Ecce enim dominator Domi-  
 s proximat cito: & ignis ardebit ante ip-  
 m, & præcedet, & inflammabit in circuitu  
 amicos suos. Si enim hominem fefelleris.  
 teum non poteris irridere. Ille te eicit, cu-  
 s oculis nihil occultum est. Ille te expellit  
 eius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te  
 cludit, qui tibi, & Angelis tuis præparauit  
 ternam gehennam: de cuius ore exiet gla-  
 us bis acutus: qui venturus est iudicare vi-  
 os & mortuos, & sæculum per ignem: &  
 amen.

*Oremus.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui sa-  
 cerdotibus tuis tantam gratiam contu-  
 sti, vt quidquid in tuo nomine digne, per-  
 ceteq; ab eis agitur, à te fieri credatur, qua-  
 sumus



## Exorcismus.

sumus immensam clemētiam tuam, vt quomodo visitaturi sumus præsentem terminum visites: & quidquid bene dicturi bene taceas, & ad ea quæ acturi sumus dexteram tuam potentia extendas: sitq; fuga Dæmonum & Angeli pacis ingressus. Per Christum  
R. Amen.

Col. *Ex maleo maleficorum.*

Oremus

**O**Mnipotens Domine Verbum Dei Ieremias  
Christe Iesu, Deus, & vniuersa  
creaturæ, qui sanctis Apostolis tuis dedit  
potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones,  
qui inter cetera mirabilium tuorum  
præcepta dignatus es docere, Dæmones effugare,  
cuius virtute motus, tanquam fulgur  
de coelo Satanus cecidit: tuum sanctum nomen  
cum timore, & tremore suppliciter deprecor,  
vt indignissimo mihi seruo tuo data venia  
omnia delictorum meorum, confidentiam,  
& possibilitatem donare digneris, hunc,  
& alios crudeles dracones brachio  
sancti munitus potentia, fiducialiter, & se-  
re aggrediar, per te Iesu Christe Domine  
Deus noster, qui venturus es iudicare, viuos  
& mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

Adiu

**A** Diuro ergo te omnis immundissime spiritus omne phantasma, omnis incur-  
 do Satanæ, in nomine Iesu Christi Nazare-  
 ni, qui post labacrum Iordanis in desertum  
 ductus es, & te cum tuis in tuis sedibus vin-  
 dit, vt quem de limo terræ ad honorem glo-  
 riæ suæ formauit. Tu desinas impugnare, &  
 in me miserabili, non humanam fragilitatē,  
 sed imaginem omnipotentis Dei contremis-  
 cas. Cede ergo Deo Satana, qui te humilia-  
 uit in famulo suo Iob, & in seruitutem rede-  
 git. † Cede Deo, qui malitiam tuam in Pha-  
 raone, & in eius exercitu per Moysen ser-  
 bum suum in abisum demersit. † Cede Deo,  
 qui per Danielelem puerum suum perdidit, &  
 Draconem prostrauit. † Cede Deo, qui te per  
 fidelissimū serbū suum fugauit. † Cede Deo,  
 qui te in Iuda Scarioth, proditore damna-  
 uit. Ille enim te diuinis verberibus angit in  
 cuius conspectu cum tuis legionibus tremēs,  
 & clamans, dixisti, quid nobis, & tibi Filij  
 Dauid? venisti ante tempus torquere nos?  
 ille te perpetuis flammis vrgeat, qui in fine tē-  
 porum dicturus est impijs: ite maledicti in  
 ignem æternum, quem præparauit Pater

meus

*Exorcismus.*

meus Diabolo, & Angelis eius, tibi enim  
impie Satana, & Angelis tuis vermes erunt  
qui numquam morientur: tibi & Ange-  
lis tuis in extinguiibile præparatur incendium  
qui es Princeps maledicti, homicidi, tu au-  
tuncastus, tu sacrilegorum caput, tu artium  
peffimarum magister. Tu Hæreticorū Do-  
ctor, tu totius obfcenitatis inuentor. Exi ergo  
impie à termino isto, & omni alio Christi-  
anorum cum Angelis tuis. Exi scelerate. Exi  
cum omni falacia tua. Sed quid diutius mor-  
raris hic. Da honorem Deo Patri omnipo-  
tenti cui omne genua flectitur. Da locum Do-  
mino Iesu Christo, qui pro homine sanguinem  
suum sacratissimum fudit. Da locum Spiritui  
sancto, qui per Beatum Apostolum suum Pe-  
trum, te manifeste stravit in Simone Mago  
qui falaciam tuam in Ananiam, & Saphiram  
condemnavit, qui te in Hærode Rege hono-  
rem Deo non dante percussit, qui te in Ba-  
ruch Mago per Apostolum suum Paulum  
cæcitatatis caligine perdidit. Discede ergo  
nunc, discede seductor, tibi eremus sedes est,  
tibi habitatio serpens est, humiliare, & prof-  
ternere iam, non est diferendi tempus. Ecce  
enim

nim Dominator Dominus proximat scito,  
 & ignis ardebit ante ipsum, & præcedet, &  
 inflamauit in circuitu inimicos suos. Si enim  
 hominem fefelleris, Deum non poteris irri-  
 dere; ille te eicit cuius oculis nihil occultum  
 est. Ille te expellit cuius virtute vniuersa sub-  
 ecta sunt. Ille te excludit, qui tibi, & Ange-  
 lis tuis præparauit æternam Gehennam de  
 cuius ore exit gladius bis acutus, qui ventu-  
 rus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum  
 per ignem. & Amen.

**E**Xtinguatur omnis virtus Diaboli in to-  
 to termino Christianorum, per inuoca-  
 tionem omnium sanctorum, Angelorum, Ar-  
 changelorum, Patriarcarum, Prophetarum,  
 Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Vir-  
 ginum, & omniũ simul sanctorum. & Amen.  
 Hel. † Heloyne † Heloa † Ehye † Tetra-  
 gramaton † Adouay † Saday † Sabbath, †  
 Soter, † Emanuel, † Alpha, † & Omega, †  
 primus, & nouissimus, principium, & finis,  
 Agios sanctus, † Oteos, De<sup>9</sup>, Isxiros, † for-  
 tis, † Atanatos misere, e nouis, † Agla † Ie-  
 houa, † Homousijen † Ya † Mefsias † Ef-  
 reheyc, † Christus vincit. † Christus Reg-  
 nat, †



*Exorcismus.*

nat, † Christus Imperat. † Increatus Pater &  
increatus Filius, † increatus Spiritus sanctus.  
Per signum Crucis, † de inimicis nostris, †  
libera nos † Deus noster. Omouision, con-  
substantialis Patri, Alfa, & Omega, princ-  
pium, & finis.

**C**oniuro vos † nefandissimos, & ab omni-  
nabiles spiritus, qui hunc terminum  
ocupare, & molestare vestra obstinata reue-  
lione, non cesatis, per Patrem, † & Filium,  
& Spiritum † sanctum, & per sanctam Ma-  
riam genitricem Dei, & per omnia, quibus  
in nomine Iesu Christi cogi, & constringi po-  
testis, vt statim exeatis, & fugiatis de termino  
isto, & omni alio Christianorū, & ne istum  
& alium fructiferum, nec me, nec aliquā per-  
sonam offendatis. † Contradicat vobis Fi-  
lius Dei viui, qui est initium omnium crea-  
turarum. † Contradicat vobis sanctus Mi-  
chael. † Contradicat vobis sanctus Gabriel.  
Contradicat vobis sanctus Raphael. † Con-  
tradicat vobis omnis virtus ccelorum. † In  
nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † san-  
cti. & Amen.

Alioquin in virtute Dei Patris, † & Filij, †  
& Spi

& Spiritus † sancti: autoritate Domini nostri Iesu Christi, per omnia supradicta, sit Lucifer nefandissimus spiritus, ille cum omnibus furijs, & pœnis infernalibus, contra quos omnia sua indignatione, & furia indignatus insurgat, & vsque ad diem iudicij, tanquam crudelis minister Dei, omnibus pœnis infernalibus cruciat, per omnia supradicta per me. Amen.

**I** Terum coniuro vos supradictos spiritus, Dei reueles, per Virginem Matrem, eius videlicet Domini nostri Iesu Christi. † Per sanctam Natiuitatem suam. † Per Virginitatem suam. † Per Conceptionem suam. † Per sanctissimum Lac suum, † quod proprio ore suscepit, qui vocatus est Alpha, & Omega, † Ya † Sadai † Emauel † Thetragramaton † per merita sua, & per omnia bona, quæ dici, & cogitari possunt de Beatissima Virgine Maria, & omnia nomina Beatissimæ Virginis Mariæ. Scilicet Virgo, † Flos, † Nubes, † Regina, † Theotocos, † Imperatrix, † Domina, † Aurora, † Ancila, † Ortus, † Fons, † Puteus, † Luna, † Sol, † Porta, † Domus, † Beata, † Gloriosa, † Benignissima, † Pia, †

C

Aula,

*Exorcismus.*

Aula, † Rubus, † Scala, † Talamus, † Stella, †  
Turris, † Auxiliatrix, † Arca, † Margarita, †  
Tabernaculum, † Amica, † Belus, † Pulchra, †  
Mater, † Alma, † Speciosissima, † Formo-  
sa, † Benedicta, † Rosa, † Speciosa, † Maria  
† & per omnia supradicta, vobis impero, &  
in stagnum ignis, & sulfuris præcipio, & æter-  
naliter condemno. Et sicut Beata Virgo Ma-  
ria, & supradictæ Dei Virgines, & viduæ, &  
continentes gaudent cum Christo gloria  
æterna, ita vos immediate in nomine Domi-  
ni nostri Iesu Christi Nazareni Crucifixi, &  
per virtutem suæ Passionis recedatis subito  
ab hoc termino, & alio Christianorum, eo  
modo, & ea conditione, vt superius vobis in-  
iunxi; alioquin per omnia supradicta fitis ip-  
so facto lapsi in disolubiliter in omnem dam-  
nationem, & poenam superius dictam, & ex-  
presam, tanquam Dei reueles. Amen.

**I**Terum coniuro vos † supradictos spiri-  
tus Dei reueles, nominibus, & mysterijs  
Dei, & autoritate Domini nostri Iesu Chris-  
ti Nazareni Crucifixi. Vobis strictissime im-  
pero, per omnes sanctos eius Pontifices, Doc-  
tores, Confessores, Monachos, Heremitas, Sa-  
cerdo-

cerdotes, Leuitas, sanctum Gregorium, Ambrosium, Ciprianum, Geminianum, Bernardum, Franciscum, Dominicum, Paulum primum Heremitam, Antonium, Beatum Nicolaum de Tolentino, & Christophorum, & per omnia merita, & eorum benedictam vitam, & orationes, & operationes eorū; & sicuti sanctus Bernardus ligauit serpentem tortosum, ita omnis vestra potentia, & cuiuslibet alterius vobis fauentis, sit ligata per hæc sanctissima Filij Dei nomina, & virtutem ipsorum. Sanctus, † Primogenitus, † Sapientia, † Virtus, † Sol, † Splendor, † Lux, † Gloria, † Panis, † Fons, † Salus, † Mens, † Ianua, † Petra, † Verbum, † Sponsus, † Pater, † Propheta, † Agnus, † Ouis, † Vitis, † Veritas, † Via, † Vita, † Leo, † Lumen de lumine, † quod imediate sicuti ipsi supradicti sancti gaudent cum Christo, & ceteri beati in Gloria æterna, ita vos recedatis ab hoc termino, & omni alio Christianorum. Alioquin per omnia supradicta strictè, & potentissime autoritate Domini nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi ex nunc modo, & impero Luciferi, & omnibus furis infernalibus, vt sta-



*Exorcismus.*

tim, & sine mora cōtra vos insurgant, irruāt,  
ac in stagnum ignis, & sulphuris, & in profun-  
dum abissi in dispensabiliter ducant, & ligent  
vos omnibus pœnis simul, nulla deficiente, &  
vos Dei sanctorum omnium eius rebeles,  
crucient, & affligant vsque ad diem iudicij.  
In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus sanc-  
ti. † R. Amen.

**I**N nomine Sancte Trinitatis Patris † &  
Fi † lij, & Spiritus † sancti vnus Deus  
Amen.

*Coniuratio.*

**P**ER signum Crucis † de inimicis nostris  
libera nos Deus noster Deus miserere  
meis; & conseruare digneris fructum agrorū  
nostrorum & omnium Christianorū. Amen.  
Deus Nazareus Rex Iudeorū titulis Triū-  
phalis passionis Domini nostri Iesu Christi  
ecce crucem Domini fugite partes aduersæ  
vicit Leo de tribu Iuda radix David Allel.  
Christus vincit † Christus regnat † Christus  
imperat † Christus ab omni malo nos & ter-  
minos nostros nobis comissos nos defendat.  
Amen. *Legitur Euangelium Sancti Ioannis. In  
principio sol.*

ψ. Dominus vobiscum. &. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**ominus noster Iesus Christus Dei, & Virginis Filius, qui in hunc mundum apparuit; vt opera diaboli dissolueret, & dissiparet, & Discipulis suis, quos mittebat in vniuersum mundum ad predicandum Euangelium omni creaturæ potestati dedit super omnia demonia, & vt langores curarent per inuocationem sui sanctissimi nominis: & impositionem manum suarum, ipse per suam misericordiam, & pietatem, & per merita, & preces Beatissimæ Virginis Mariæ matris suæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei dignitur dissoluere omne opus diaboli ab isto termino nostro vt de cetero nõ domineatur ei inimicus, neq; maledictus Satana, creatura damnata, & reprobata, & maledicta a Deo in eternum propter suam nequitiam audeat vexare nostrum terminum sed plene liberatus a potestate Satanæ maneat. In nomine Pa tris, & Fi tris, & Spiritus tr sancti. &. Amen.

*Coniuratio.*

Adiuuro vos tr Angeli Satanæ per Deum tr

C 3

Cæli,

*Exorcismus.*

Cæli, & terræ: per eum vos adiuro † qui Noe  
cum suis de diluuiō liberauit: qui primum ho-  
minem ad imaginem suam plasmauit. Per eum  
vos adiuro, & contestor, qui Ananiam, Aza-  
rian, & Misaelem de camino ignis saluaui.  
Per eum † vos adiuro, qui fidelissimum He-  
liam in curru igneo, vsque ad Cælum leua-  
uit. Per eum † vos adiuro, ita presentis, sicut  
absentes: ita absentestes sicuti presentes, vbi-  
cunque sitis, & quibuscumq; nominibus vo-  
cemini, qui precioſo sanguine suo omnē mun-  
dum redemit: vt exeatis, & recedatis ab hoc  
termino, vt neq; per magicam artem, neq;  
per vllam coruscationem, neq; per vllam in-  
cantationem ledere aut nocere terminū nos-  
trum possitis. Vade rectro Satana ab hoc ter-  
mino. In nomine Domini nostri Iesu Chris-  
ti: qui venturus est, &c.

*Oratio.*

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster, & per  
triumphum sanctæ Crucis, ac unctis nos,  
& terminos nostros, nos ~~vos~~ commissos defende  
periculis.

*Conturatio.*

**I**N nomine sanctæ Crucis † & indiuiduæ  
Trinitatis precipio, & dico tibi, & omni-  
bus

bus socijs tuis, maledictæ, atq; damnate; ite  
 retro Sathanas, & fortij tui recognoscite sen-  
 tentiam vestram, & date honorem Deo vi-  
 uo, & recedite a terminis nostris nobis co-  
 missis, qui ad Sacerdotalem ordine vocare  
 dignatus est. Et hoc signum sanctæ Crucis  
 ostendo maledicti diaboli damnnati vt nun-  
 quã audeatis nocere presente Domino nos-  
 tro Iesu Christo terminum nostrum. Qui cū  
 Patre & Spiritu sancto viuit, & regnat Deus  
 per omnia, &c. Amen.

*Coniuratio.*

**N**Vbis diuidite in honorem Dei, qui fe-  
 cit Cœlū, & terrā mare, & omnia, quæ  
 in eis sunt, & in eius honorem, & potentiam  
 fitis diuisi, & dispersæ, & conuersæ in aquam  
 bonam, vt nobis, & fructibus nostris non no-  
 ceatis. Per Christum. & Amen.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christi Fili Dei viui, qui  
 pro salute humani generis, mortem, &  
 suplicium pertulisti, qui dolores, & langores  
 nostros iuxta vocem Propheticum per lignū  
 Crucis portasti: ne respicias ad delicta mea,  
 & ad iniquitates nostras, qui licet indigee



*Exorcismus.*

cogimur rogare pro alijs per immensam clemenciam tuam, & per virtutem ineffabilem tuam exaudi nos pro fructibus terræ, vt non uideantur, & per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum tuorum saluos fac seruos tuos, & fructus nostros & ligant modo & sint ligati, & contracti, & interdicti omnes nubes malas, & omnes diabolos, & omnes nequitias eorum per virtutem, & potentiam suam. Qui uiuis.

*Coniuratio.*

**S**ignum sanctæ Crucis † signū sancti Saluatoris † signum sanctæ Trinitatis. † Vos sancti Angeli Dei Michael, Gabriel, Raphael, & omnes sancti Angeli Dei, & Archangeli, a Throni, Dominationes, Principatus, & Potestatis, & omnes virtutes Cœlorum custodite istum, & aliorum Christianorum nobis, & aliorum, comisos cum suis missibus, & vineis fructuum ferentibus vt tempestas ista. Non possit uel cadere super illas, & nebula, neq; vlla res mala vbi possit aliquid malum facere. Omnes sancti Apostoli, & Euangeliste. Sancte Petre, & sancte Paule, sancte Andrea, & sancte Iacobe, sancte Ioannes, sancte Thoma, sancte A  
Phili.

Philipe, & sancte Bartholomæi, sancte Iacobe, & sancte Mathæe, sancte Simon, sancte Iuda, sancte Mathia, sancte Barnaba, sancte Luca, sancte Marce, Orate pro nobis ad Dominum Deum nostrum, vt liberet nos de ista tempestate, propter nomē suum † sancte Christophore, sancte Stephane, sancte Laurenti, sancte Vicenti, sancte Saturnine, sancte Firmine, & sancte Adriane, cum omnibus sanctis martyribus Dei, Orate pro nobis ad Dominum, vt liberet nos de ista tempestate per eū qui venturus est iudicare viuos, & mortuos. Sancta Maria Mater Domini nostri Iesu Christi, sancta Margarita, sancta Catalina, sancta Iuliana, sancta Quiteria, sancta Marina, sancta Tressa, sancta Brigida, sancta Barbara, sancta Leccadia, sancta Maria Magdalenā, sancta Ana Mater Virginis Mariæ, & sancta Natalia, cum omnibus sanctis Virginibus intercedite pro nobis ad Dominū, vt liberet nos, & omnes terminos nostros de ista tempestate per eum qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

*Coniuratio.*

+

Adiuro vos diabolos, & nubes malas, & mala

la

## Exorcismus.

la omnia, quicūq; nociua habebitis, vel ha  
re possitis, per Patrem † & Filium † & Spi  
ritum sanctum. † Quod non habeatis potest  
atem iactare grandinem, vel malitiam vest  
super terram istam, vbi ego signum sanct  
Crucis Iesu Christi possui, & pono nunc † ne  
que in die, neq; per noctum. Ligo vos diabo  
los, & nubes malas, cum grandine, & maliti  
vestra omnia, quæcunq; sunt nociua. † Ligo  
vos per Deum Patrem omnipotentem. † Ligo  
vos per Spiritum sanctum, & per sanctam  
Trinitatē, quod non habeatis potestatē, ne  
licentiam, iactare grandinem, & malitiā ves  
tram in terminis nostris mihi comissis, per  
nomen æterni Dei, sed ite in locum desertū  
vbi malum non faciatis alicui cui rei, & ibi  
relaxate tempestatem, & malitiam vestram  
& ibi proicite, & ibi sitis legati, vt nullis no  
ceatis, per eum qui venturus est iudicare vi  
uos & mortuos & sæculum per ignem. Amen.

## Coniuratio.

**B**Eatus Petrus Apostolus Christi cū cla  
uibus regni Cœlorū liget vos, & astrin  
gat diabolos, & nubis cum grandine vestre  
ita quod in locis istis nobis comissis vllum

malum

malum facere non possitis, neq; in messibus  
 neq; in vineis, neque in fructibus, neque in  
 panem, neq; in vinum aliquid malum facere,  
 vel inferre, ex quibus dantur decimæ, primi-  
 tiæ, elemosinæ, & omnia bona fiunt in nomi-  
 ne Dei viui aqua limpida & pluuia bona, &  
 benedicta cadat super nos, & terminos nos-  
 tros, atq; labores omnes reficiat, per eum  
 qui, &c.

*Coniuratio.*

**D**ominus noster Iesus Christus termi-  
 nos omnium Christianorum salbet, &  
 benedicat & nubes malas, & diabolū ligare  
 faciat, & in locum heremum, & desertum ca-  
 dere faciat omnem tempestatem, & malitiã  
 quam, vt nulli noceant, qui cum Patre, &c.

*Coniuratio.*

**I**N nomine † Pa † tris, & Fi † lij, & Spiri-  
 tu † sancti. Ligo vos ventos Occidentales,  
 Australes, & omnes ventos. † Ligo vos per  
 Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. † Li-  
 go vos per sanctam Mariam Matrem Domi-  
 ni. † Ligo vos per omnes Angelos Cœli, &  
 per quatuor Angelos terræ. † Ligo vos per  
 crucē Dñi † quod in Cœlo & in terra est †  
 Ligo vos per Saluatorem, & Redemptorem  
 mundi.



*Exorcismus.*

mundi. † Ligo vos per Apostolos, Martyres  
† & Confessores, & Virgines. † Ligo vos per  
coelum & terram, & per quanta mirabilia faci-  
cit Deus in caelo, & in terra, & in mari, & in  
inferno, quod non possitis in terminos nos-  
tros addicere grandinem, neq; tempestatem  
neq; nebulam malam, quæ ad labores homi-  
num possint aliquid malū facere. Per Chri-  
stum.

*Coniuratio.*

**A** Diuro vos diabolos, & nubes malas, v-  
gelada nociua, & omnia quæcumque  
sunt damnosa, vel nocitura per istud nomen  
Dei viui quod est Deus omnipotens, vt tre-  
tis, & confusi recedatis de istis terminis, & li-  
cis, & infra terminos eorum, non possitis in-  
tare tempestatem, neque aliquid malum in-  
ferre, sed ite & projicite in deserto, vbi non  
sunt labores Christianorum. Amen.

*Coniuratio.*

**I**N nomine Patris † & Fi † lii, & Spiritu  
sancti. Amen. In nomine sancte & in-  
uidiæ Trinitatis precipio vobis separate v-  
omnes diaboli maledicti cum potestate,  
malitia vestra, quia custos sum post Deum,  
post suam virtutem, inimici diaboli & co-

dem

demnati, & filij tenebrarum separate vos  
cunctis malis nubibus, & crepate per mediũ  
sicuti Iudas Iscariotes, Arrius, & draco ante  
pedes Danielis Profetæ, & sancte Margaritæ  
Virginis, & date honorem Deo viuo, & vero  
Patri omnipotenti, qui omnia creauit ex ni-  
hilo, quem Angeli & Archangeli, Throni, &  
Dominaciones, Principatus & Potestates, &  
Virtutes Cœlorum, Cheruim, & Seraphim  
vna voce proclamant. Sanctus, † Sanctus, †  
Sanctus, † Dominus Deus Sabbathot pleni  
sunt cœli, & terra gloria tua. Osanna in ex-  
cellis † vt Dominus dixit pax in Cœlo pax  
in terra, pax sit in termino omnium Christia-  
norum. Amen: *Coniuratio.* †

**D**Eus magnus, Deus mirabilis, Deus qui  
Cœlum & terram possides, & palmo  
cõcludis exaudi nos Domine gemitibus nos-  
tris, adiuua me Domine Deus omnipotens  
contra tempestatem istam, vt possit illam  
deicere de istis terminis, & alijs Christiano-  
rum qui in Trinitate perfecta viuus & regnas  
Deus per omnia, &c.

**I**Ncrepat te Dominus Sathan per se ista  
sancta nomina Alpha, & Omega, princi-  
pium

*Exorcismus.*

pium & finis, & circa horam nonam Iesus e  
clamauit voce magna dicens Heloy, heloy  
Lamazabathani † hoc est Deus, meus, Deus  
meus quare me de reliquisti, non me de re  
linquas famulum tuum indignum. Sacerdos  
tem nunc, & semper per infinita sæculorum  
sæcula Amen.

*Coniuratio.*

**R**ecordare Sathan, quia ista torment  
Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob  
Deus Angelorum, Deus omnium sanctorum  
& sanctarum sustinuit propter nos peccato  
res vt liberaret nos de tua potestate, vinculis  
& carceribus tenebrarum. Per ipsum Deum  
vos ligo, & adiuro diabolos, & omnes spiritus  
imundos, & nubes malas, & omnia, quati  
cunq; nociua sunt, quod intra terminos nostros,  
& alios Christianorum non possitis, violare  
aut aliquid malum facere, sed sitis ligati  
& coniurati per istos Archangelos Dei, Mi  
chael, Gabriel, Raphael, & vos Archangelas  
vt habeatis custodiam in terminis nostris  
bis commissis, vt non noceant nobis. Per eum  
qui venturus est, &c.

**D**omine Deus qui fecisti partiri mare  
rubrum, & muros aquæ stare fecisti, a  
dexte

exteram & ad sinistram populi irraclitici,  
qui eundem populū per medium maris eius-  
dem transire fecisti. Sic fac nobis istas partiri  
et sicuti ros fugit ante faciem solis, ita nubes  
et tempestates fugiant, & descendant ante fa-  
ciem populi tui. Per Dominum, &c.

*Oratio.*

**O**Mnipotens, & mitissime Deus, qui  
electos sanctos tuos Georgi & Blasiū,  
Irasmum, Pantaleonem, Victum, Christo-  
phorum, Dionisium, Ciriacum, Achacium,  
Iustachium, Ægidium Magnum, Margari-  
tum, Catherinam, & Barbaram, specialibus  
decorasti priuilegijs: vt omnes qui in necessi-  
tibus suis eorum implorant auxilium secū-  
dam promissionis tuæ gratiam petitionis sue  
obtinere consequantur effectum: da nobis  
tuæsumus nostrorum veniam peccatorum,  
et ipsorum intercedentibus meritis ab omni-  
bus aduersitatibus, & presertim ab hac immi-  
nente tempestate nos libera, & petitiones  
nostras benignus exaudi. Per Christum.

**A** Diuro vos grandines, & ventos, per  
quinque vulnera Christi, & per tres cla-  
uas, quæ eius manus, & pedes perforarunt, &  
per



*Exorcismus.*

per quatuor Euangelistas sanctos, Matthæi  
Marcum, Lucam, & Ioannem, & in aqua  
resoluti descendatis, & Benedictio Dei om-  
nipotentis Patris † & Filij, & Spiritus † sancti  
descendat & maneat super nos, & super te-  
minos nostros, & discedant omnes insidi-  
inimicorum a nobis & a nostris terminis,  
ne de reliquas nos Domine Deus noste  
O bone Iesu ne dicefferis a nobis in nomi-  
† Patris & Filij, † & Spiritus † sancti, Ame

Colo. *Ex maleo maleficorum, fol. 312. 313. H*  
*remedium practicatur, lapilli enim tres ex gr*  
*dine, in ignem sub in uocatione sanctissime T*  
*nitatis subiciuntur, & oratio Dominica cum*  
*Angelica salutatione, bis, aut ter adiungit*  
*atq; Euangelium sancti Ioannis. In princip*  
*&c. Cum signo Crucis undiq; contra tempe*  
*tem, ante, & retro, & in fine replicauit trin*  
*Verbum caro factum est, cum signo Crucis,*  
*trinies per Euangelica dicta, & fugiet tempe*  
*ista, si prouenerit ex malefico cessauit, &*  
*alia uerba etiam cesabit tempestas.*

*Potes sedari tempestas per hæc uerba.*

## Litania Sanctorum.

**K**Yrie eleison. Christe eleis. Kyrie. Christe  
audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de caelis Deus. mise.

Fili Redemptor mundi Deus. mise.

Spiritus sancte Deus. mise.

Sancta Trinitas vnus Deus. mise.

Sancta Maria. ora.

Sancta Deigenitrix. ora.

sancta Virgo Virginum. ora.

sancte Michael. ora.

sancte Gabriel. ora.

sancte Raphael: ora.

Omnes sancti Angeli, & Archangeli: ora te.

Omnes sancti beatorum spiritum ordines.

Orate.

sancte Ioannes Baptista. ora.

Omnes sancti Patriarchae, & Prophetae: ora.

Sancte Petre. ora.

Sancte Paule. ora.

Sancte Andrea. ora.

Sancte Iacobe. ora.

Sancte Ioannes. ora.

Sancte Thoma. ora.

Sancte Philippe. ora.

**D**

sancte

Litanie

Sancte Iacobe.	ora
Sancte Bartholomæe.	ora
Sancte Mathæe.	ora
Sancte Simon, & Thadæe.	ora
Sancte Matthia.	ora
Sancte Barnaba.	ora
Sancte Luca.	ora
Sancte Marce.	ora
Omnes facti Apostoli, & Euāgeliste.	Ora te
Omnes sancti discipuli Domini.	ora te
Omnes sancti Innocentes.	ora te
Sancte Stephane.	ora
Sancte Laurenti.	ora
Sancte Vincenti.	ora
Sancti Fabiane, & Sebastiane.	ora te
Sancti Ioannes, & Paule.	ora te
Sancti Cosma, & Damiane.	ora te
Sancti Gervasii, & Protasii.	ora te
Omnes sancti Martyres.	ora te
sancte Siluester.	ora
sancte Gregori.	ora
sancte Ambrosi.	ora
sancte Augustine.	ora
sancte Hieronyme.	ora
sancte Martine.	ora
	sancta

- sancte Nicolae. ora.
- Omnes sancti Pontifices, & Confesso-  
res. Ora te pro nobis.
- Omnes sancti Doctores. ora te.
- sancte Antoni. ora.
- sancte Benedicte. ora.
- sancte Bernarde. ora.
- sancte Dominice. ora.
- sancte Francisce. ora.
- Omnes sancti Sacerdotes, & Levitae. Orate.
- Omnes sancti Monachi, & Eremitae. Orate.
- sancta Maria Magdalena. ora.
- sancta Agata. ora.
- sancta Lucia. ora.
- sancta Agnes. ora.
- sancta Cæcilia. ora.
- sancta Chatarina. ora.
- sancta Anastasia. ora.
- Omnes sanctæ Virginis, & viduæ. Orate.
- Omnes sancti, & sanctæ Dei, intercedite pro  
nobis.
- Propitius esto, parce nobis Domine.
- Propitius esto, exaudinos Domine.
- Ab omni malo. Libera nos Domine.
- Ab omni peccato. libera.



*Litania*

- Ab ira tua. libera.  
A subitanea, & improvisa morte. libe  
Ab insidijs Diaboli. libe  
Ab ira, & odio, & mala voluntate. libe  
A Spiritu fornicationis. libe  
A fulgure, & tempestate. libe  
A morte perpetua. libe  
Per Mysteriũ sanctæ Incarnationis tuæ. lib  
Per aduentum tuum. libe  
Per Natiuitatem tuam. libe  
Per Baptismũ, & sanctum ieiuniũ tuũ. libe  
Per Crucem, & Passionem tuam. libe  
Per mortem, & sepulturam tuam. libe  
Per sanctam Resurrectionem tuam. libe  
Per admirabilem Ascensionem tuã. libe  
Per aduentũ Spiritus sancti paracleti. libe  
In die iudicij. libe  
Peccatores. **Te rogamus audi nos**  
Vt nobis parcas. te roga  
Vt nobis indulgeas. te roga  
Vt ad veram poenitentiam nos perducere  
digneris. te roga  
Vt Ecclesiam tuam sanctam regere, & con  
seruare digneris. te roga  
Vt domnum Apostolicum, & omnes Eccle  
siastico

- fiasticos ordines in sancta religione con-  
 seruare digneris. te roga.
- Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare dig-  
 neris. te roga.
- Vt Regibus, & Principibus Christianis pacē,  
 & verā cōcordiā donare digneris. te rog.
- Vt cuncto populo Christiano, pacem, & vni-  
 tatem largiri digneris. te roga.
- Vt nos metipso in tuo sancto seruitio, con-  
 fortare, & conseruare digneris. Te roga.
- Vt mentes nostras ad coelestia desideria eri-  
 gas. Te roga.
- Vt omnib<sup>9</sup> benefactoribus nostris sempiter-  
 na bona retribuas. te roga.
- Vt animas nostras fratrum, propinquorum,  
 & benefactorum nostrorum ab æterna  
 damnatione eripias. te roga.
- Vt fructus terræ dare, & conseruare digne-  
 ris. te roga.
- Vt omnibus fidelibus defunctis requiem  
 æternam donare digneris. te roga.
- Vt nos exaudire digneris. te roga.
- Filij Dei. te roga.
- Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
- Parce nobis Domine.

*Litania*

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Misereere nobis. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

¶ Et ne nos inducas in tentationem.  
R. Sed libera nos a malo, ¶ Dominus, &c. R.  
Et cum spirit. &c.

*Oratio*

**D**eus qui culpa offenderis poenitentiam placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur auerte. Per Christum, &c.

*Litania Domini nostri Iesu Christi.*

**K**Yrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Iesu audi nos.  
Iesu exaudi nos.

Pater de Coelis Deus. Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. mise.

Spiritus sancti Deus. mise.

Sancta

Sancta Trinitas vnus Deus.	mise.
Iesu Fili Dei viui.	mise.
Iesu potentissime.	mise.
Iesu fortissime.	mise.
Iesu perfectissime.	mise.
Iesu gloriosissime.	mise.
Iesu mirifice.	mise.
Iesu iucundissime.	mise.
Iesu charissime.	mise.
Iesu splendor stellis.	mise.
Iesu pulchrior Luna.	mise.
Iesu clarior Sole.	mise.
Iesu admirabilis.	mise.
Iesu delectabilis.	mise.
Iesu honorabilis.	mise.
Iesu humilime.	mise.
Iesu patientissime.	mise.
Iesu obedientissime.	mise.
Iesu dulcissime.	mise.
Iesu amator castitatis.	mise.
Iesu amor noster.	mise.
Iesu amator pacis.	mise.
Iesu speculum vitæ.	mise.
Iesu exemplar virtutum.	mise.
Iesu zelator animarum.	mise.



*Litania Domini nostri*

Iesu refugium nostrum.	mise.
Iesu Pater pauperum.	mise. A
Iesu consolator afflictorum.	mise. A
Iesu thesaurus fidelium.	mise. A
Iesu gemma preciosa.	mise. A
Iesu armarium perfectionis.	mise. A
Iesu bone pastor.	mise.
Iesu stella maris.	mise. A
Iesu lux vera.	mise. P
Iesu sapientia æterna.	mise.
Iesu bonitas infinita.	mise. P
Iesu gaudium Angelorum.	mise. P
Iesu lux Patriarcharum.	mise. P
Iesu inspirator Profetarum.	mise. P
Iesu Magister Apostolorum.	mise.
Iesu Doctor Euangelistarum;	mise. P
Iesu fortitudo martyrum.	mise. P
Iesu lumen Confessorum.	mise. P
Iesu puritas Virginum.	mise. P
Iesu corona Sanctorum omnium.	mise. P
Propitius esto.	Parce nobis Iesu. P
Propitius esto.	Exaudi nos Iesu. P
Ab omni malo.	Liberanos Iesu. A
Ab omni peccato.	Libera. A
A subitanea, & improvisa morte.	Libera A
	nos

nos Iesu.

Ab insidijs diaboli. Libera nos Iesu.

A spiritu fornicationis. libe.

A fulgure, &amp; tempestate. libe.

A morte perpetua. libe.

A transgressionem mandatorum tuorum.

Libera nos Iesu.

Ab incurfu omnium malorum. libe.

Per misterium sanctæ Incarnationis tuæ.

Libera nos Iesu.

Per aduentum tuum. libe.

Per Natiuitatem tuam. libe.

Per Circuncisionem tuam. libe.

Per Baptismum, &amp; Sanctum ieiunium tuum.

Liberanos Iesu.

Per labores tuos. libe.

Per Crucem, &amp; passionem tuam. libe.

Per mortem tuam. libera.

Per resurrectionem tuam. libera.

Per Ascensionem tuam. libera.

Per gaudia tua. libera.

Per gloriam tuam. libera.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Par-

ce nobis Iesu.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.

D 5

Exaudi

*Litaniae Domini nostri*

Exaudi nos Iesu.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. *mise*  
Iesu audi nos.

Iesu exaudi nos, Kyrie eleison, Christe ele  
ison. Kyrie eleison. Pater noster, &c.

Ÿ. Sit nomen Domini Iesu Benedictum.

℞. Ex hoc, nunc, & vsque in saeculum.

Ÿ. Domine exaudi.

℞. Et clamor.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**Eus qui gloriosissimum nomen Iesu  
Christi Filij tui Domini nostri fecisti  
fidelibus tuis summæ suauitatis affectu ama  
bile, & malignis spiritibus tremendum, atque  
terribile cōcede propitius, vt omnes, qui hoc  
nomen Iesu deuote venerantur in terris factæ  
cōsolationis dulcedinē in præsentī per  
cipiant, & in futuro gaudium perpetuæ exul  
tationis, & in terminabilis beatitudinis ob  
tineant in Coelis. Per Christum Dominum  
nostrum. Amen.

Col. Litaniae Beatæ Mariæ Virginis  
Lauretane.

<b>K</b> Yrie eleison. Christe eleison. Christe au-	
di nos. Christe exaudi nos.	
Pater de coelis Deus.	Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus.	mise.
Spiritus sancte Deus.	mise.
Sancta Trinitas vnus Deus.	mise.
Sancta Maria.	ora.
Sancta Dei Genitrix.	ora.
Sancta Virgo Virginum.	ora.
Mater Christi.	ora.
Mater diuinæ gratiæ.	ora.
Mater purissima.	ora.
Mater castissima.	ora.
Mater inuiolata.	ora.
Mater intemerata.	ora.
Mater amabilis.	ora.
Mater admirabilis.	ora.
Mater creatoris.	ora.
Mater saluatoris.	ora.
Virgo prudentissima.	ora.
Virgo veneranda.	ora.
Virgo predicanda.	ora.
Virgo potens.	ora.
	Virgo



Litania

Virgo clemens.	ora
Virgo fidelis.	ora
Speculum iustitiæ.	ora
Sedes sapientiæ.	ora
Causa nostræ letitiæ.	ora
Vas spirituale.	ora
Vas honorabile.	ora
Vas insigne deuotionis.	ora
Rosa mistica.	ora
Turris Dauidica.	ora
Turris æburnea.	ora
Domus aurea.	ora
Fæderis arca.	ora
Ianua Cœli.	ora
Stella matutina.	ora
Salus infirmorum.	ora
Refugium peccatorum.	ora
Consolatrix afflictorum.	ora
Auxilium Christianorum.	ora
Regina Angelorum.	ora
Regina Patriarcharum.	ora
Regina Prophetarum.	ora
Regina Apostolorum.	ora
Regina Martyrum.	ora
Regina Confessorum.	ora

Regin

Regina Virginum. ora.

Regina sanctorum omnium. ora.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Exaudinos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Misere- rere nobis.

Christe audi nos, Christe exaudi nos. Kyrie.

Christe. y. Pater noster. Et ne nos. R. Sed li- bera nos. Et y. Dominus vobiscum. R. Et cu- spiritu tuo.

Oratio.

**F**Amulis tuis quæsumus Domine coelestis gratiæ, munus impartire, vt quibus Beate Virginis partus extitit salutis exordium, festiuitatis eius votiua solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Christum.

Col. Ordo benedicendi terminos.

Primo Sacerdos celebrat Missam de sanctis- sima Trinitate. Benedicta sit sancta Trinitas:

Sine alia oratione: postea cum aqua benedicta, Cruce, Superpilicio, & Stola exeat, ad locum, & ibi fuerit, incipiat, respondente ministro.

Orationem, & prius aspergat aquam benedictã.

Col.

**I**N nomine Patris, † & Filij, † & Spiritu  
sancti, † Amen.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.  
R. Qui fecit cœlum, & terram.

ψ. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscū. R. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**omine Iesu Christe Fili Dei viui, qui  
cœlum, & terram, mare, & omnia, quae  
in eis sunt creasti, & carnē humanam, in ve  
nerabilissimo ytero Virginis Mariæ Matr  
tuæ propter nos peccatores accepisti, & aqua  
fluminis Iordanis benedixisti, in quo, & bap  
tizatus fuisti, diabolum, & eius tentationem  
vicisti, crucem subire non dubitasti, mortem  
superasti, tertia die resurgendo, primum Ma  
riæ Magdalenaë te demonstraisti, post quadra  
ginta dies cœlos ascendisti, & Spiritum sanc  
tū. Paraclitum super Apostolos tuos misisti.  
Tu Domine Rex aeternæ gloriæ, benedice  
re, & sancti † ficare digneris hos terminos

nos

ostros, (*hic sacerdos extendit manum dexteram signando eos*) vt tua benedictione protecti erminent, & pullulent, floreant, frondeant, & fructificent omnia in eis seminata, plantata, & sata ad gloriam sanctissimi nominis tui, & profectum laborantium in eis: vt inde sumptus decimis, primitiis, & oblationibus pro cultu diuinitatis tuæ, cetera ad vitam nutriendã eorum fidelium, quorum tu via, veritas, & vita, es: lætabunde feliciter perueniant.

Iube Domine custodiri eos per sanctos apostolos tuos ab hostibus nostris visibilibus, & in visibilibus nocte, & die, ne is quidam noceat per nomē sanctum tuum, quod est Iesus, & cui omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum: iube Domine plubiam salutarem; iube serenitatem, & tranquillitatem temporibus suis; iube omnem congruentiam. Per te Saluator mundi, qui cū Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas Deus, & regnas per omnia sæcula sæculorum. & Amen.

Dñus vobiscum, & Et cum spiritu tuo.



*Benedictio*

*Col. In initum sancti Euangelij secundum  
Ioannem.*

**I**N principio erat verbum, & verbum erat  
apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc  
erat in principio apud Deum. Omnia per  
ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil  
quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat  
lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebre  
eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à  
Deo cui nomen erat Ioannes. Hic venit in  
testimonium, vt testimonium perhiberet de  
lumine, vt omnes crederent per illum. Non  
erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet  
de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat  
omnem hominem venientem in hunc mundum.  
In mundo erat, & mundus per ipsum factus  
est, & mundus eum non cognovit. In propria  
venit, & sui eum non receperunt. Quotquot  
autem receperunt eum, dedit eis potestatem  
Filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine  
eius: qui non ex sanguinibus, neque ex  
voluntate carnis, neque ex voluntate viri,  
sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum  
est, & habitauit in nobis, & vidimus  
gloriam eius, gloriam quasi vultus  
ge

geniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis:

Col. *Postea ut sequitur.*

**E**cce Crucem Domini, Alleluia: fugite  
partes aduersæ: vicit Leo de tribu Iuda,  
radix David; Alleluia.

*V.* Crux benedicta, in qua triumphauit Rex  
Angelorum, radix David, Alleluia:

*V.* Per signum Crucis de inimicis nostris, li-  
bera nos Deus noster.

*V.* A fulgure, & tempestate, libera nos Do-  
mine Deus noster.

*R.* Et enim Dominus dabit benignitatem.

*R.* Et terra nostra dabit fructum suum.

*V.* Domine exaudi, &c.

*R.* Et clamor.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**E**ccliam tuam, quæsumus Domine, be-  
nignus illustra: vt beati Ioannis Apосто-  
li tui, & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad  
dona perueniat sempiterna. Amen.

*Et infine aspergat aquam benedictam.*

*Et vertat se ad Occidentem, & aspergat  
aquam benedictam.*

E

Col.

*Benedictio agrorum:*

Col. *Ad Occidentem.*

**A** Desto nobis omnipotens Deus Pater  
& Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe Fili Dei viui, qui  
in hunc mundum venisti peccatores  
saluos facere: quique cum peccatoribus,  
publicanis manducando dixisti, non ve  
vocare iustos, sed peccatores, & quid est mi  
sericordiam volo, & non sacrificium? ex quibus  
sanctos Apostolos, & Euangelistas tuos  
elegisti, Martyres, Cōfessores, Virgines,  
omnes sanctos, & sanctas tuas congregasti.  
Audi & exaudi nos peccatores miseros,  
fragiles, & ne respicias indignitatem nostram,  
respice potius dignitatem tuam, qua dignus  
es, de indignis dignos facere, & de peccatoribus  
iustos.

Tu Domine Rex æternæ gloriæ, bene  
cere & sancti ꝑ ficare digneris hos terminos  
nostros. Vt tua benedictione protecti germinent,  
pullulent, floreat, frondeant, fructificent  
omnia in eis seminata, plantata, & fructificata  
ad gloriam sanctissimi nominis tui, & profectum  
laborantium in eis: vt inde sumptis

cimis, primitijs, & oblationibus pro cultu di-  
uinitatis tuæ, cetera ad vitam nutriendam  
tuorum fidelium, quorum tu via, veritas, &  
vita es, lætabunde feliciter perveniant. Iube  
Domine custodiri eos per sanctos Angelos  
tuos ab hostibus nostris visibilibus, & invis-  
bilibus nocte, & die, ne eis quidquam no-  
ceat per nomē sanctum tuum, quod est Iesus,  
& cui omne genu flectitur cœlestium, terres-  
trium, & infernorum. Iube Domine pluuiam  
salutarem. Iube serenitatem, tranquillitatem  
temporibus suis, Iube omnem congruentiā.  
Per te Saluator mundi: qui cum Patre, & spi-  
ritu sancto vivis & regnas Deus. Per omnia  
sæcula sæculorum. Amen.

v. Dominus. &. Et cum spirit. &c.

Col. *Sequentia sancti Evangelij secundum*

*Matthæum.*

**I**N illo tempore: dixit Dominus Iesus dis-  
cipulis suis: sicut fulgur exit ab Oriēte, &  
paret vsque in Occidentem: ita erit aduētus  
flij hominis. Vbicumque fuerit corpus, illuc  
congregabuntur, & aquilæ. Statim autē post  
tribulationem dierum illorum, Sol obscura-

E 2

uitur,



*Benedictio agrorum.*

uitur, & luna non dabit lumē suum: & stella  
cadent de cœlo, & virtutes cœlorū commo-  
uebuntur. Et tunc apparebit signum filij ho-  
minis in cœlo, & tunc plāgent omnes tribu  
terræ. Et videbunt filium hominis veniētem  
in nubibus cœli, cum virtute magna, & ma-  
iestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, &  
voce magna; & congregabunt electos eius  
quatuor ventis, a summis cœlorum, vsque  
terminos eorum. Ab arbore autem fici disci-  
te parabolā. Cum iā ramus eius tener fuerit  
& folia nata, scitis quia prope est æstas ita,  
vos cum videritis hæc omnia, scitote, quia  
prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non  
præteribit generatio hæc, donec hæc omnia  
fiant. Cœlum, & terra transibunt, verba au-  
tem mea non præteribunt.

Ecce crucem Dñi. Alleluia: fugite partes a  
uerse: vicit Leo de tribu Iudā, radix David.  
Alleluia.

ÿ. Crux benedicta in qua triumphauit Rex  
Angelorum, radix David, Alleluia.

ÿ. Per signum Crucis de inimicis nostris  
libera nos Deus noster.

ÿ. A fulgure tēpestate libera nos Deus noster.

ter. Et enim Dominus dabit benignitatem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

V. Domine exaudi. R. Et clamor.

V. Dominus vobis. R. Et cum spii. &c.

*Oremus.*

**B**Eati Apostoli tui, & Euangeliste Mat-  
thæi quæsumus Domine precibus adiu-  
uemur: vt quod possibilitas nostra non obti-  
net, eius nobis intercessione donetur. Per  
Christum Dominum nostrum. Amen.

*Col. Ad Meridiem.*

*Postea vertat se Sacerdos ad Meridiem,  
& aspergendo aquam benedictam dicat.*

Adelto nobis omnipotens. Pater, † & Filius,  
† & Spiritus † sanctus. Amen.

*Oremus.*

**D**omine Iesu Christe Fili Dei vni, qui  
ab impijs, & sceleratis flagellari, spolijs  
coronari, sputis conspui, colaphis cædi, & in  
Cruce clauari voluisti: quem adorat multitu-  
do Angelorum, cui throni & dominationes  
subijciuntur, quem Cherubin, & Seraphin.  
Sanctus, Sanctus, Sanctus. Dominus Deus  
Sabaoth. Clamant in excelsis. Tu Domine  
Rex æternæ gloriæ benedicere, & sancti † fi-

*Benedictio agrorum.*

care digneris hos terminos nostros. Ut tua benedictione protecti germinent, pullulent, floreat, frondeant, fructificent omnia in eis seminata plantata, & facta ad gloriam sanctissimi nominis tui, & profectum laborantium in eis: ut inde sumptis decimis, primitiis, & oblationibus pro cultu diuinitatis tuæ, cetera ad vitam nutriendã tuorũ fidelium, quorum tu via, veritas, & vita es: lætabunde feliciter perueniant. Iube Domine custodiri eos per sanctos Angelos tuos ab hostibus nostris visibilibus, & in visibilibus nocte, & die, ne eis quidquã noceat per nomen sanctum tuum, quod est Iesus, & cui omne genus affectitur cælestium, terrestrium, & infernorum. Iube Domine pluuiam salutarẽ, iube serenitatẽ, tranquillitatem tẽporibus suis. Iube omnem congruentiam. Per te saluator mundi; qui cũ Patre, & Spiritu sancto visis, & regnas Deus. Per omnia secula sæculorum. Amen.

ψ. Dñs vobiscum. &. Et cum spiritu tuo.

*Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.*

**I**N illo tempore: Dixit Dominus Iesus discipulis suis. Erunt signa in sole, & luna. & stellis,

stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum, a rescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cælorum commouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cū potestate magna, & maiestate. His autem fieri incipiētibus, respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redēptio vestra. Ex dixit illis similitudinem. Videte ficulneā, & omnes arbores cum producunt, iam ex se fructum, scitis, quia prope est æstas. Ita, & vos cum videritis hæc fieri, scitote, quoniā prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiāt. Cælum, & terra transibunt verba autē mea non transibunt.

*Postea dicitur.*

**E**cce Crucem Domini, Alleluia. Fugite partes aduersæ: vicit Leo de Tribu Iuda, radix David, Alleluia.

ÿ. Crux benedicta, in qua triumphauit Rex Angelorum, radix David, Alleluia.

ÿ. Per signum Crucis de inimicis nostris, libera nos Deus noster.



*Benedictio agrorum.*

ŷ. Et enim Dominus dabit benignitatem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

ŷ. Domine exaudi. R. Et clamor.

ŷ. Dñus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**I**nterveniat pro nobis quæsumus Domine  
In sanctus tuus Lucas Evangelista, qui  
Crucis mortificationem iugiter in suo corpore  
pro tui hominis honore portavit. Per  
Christum Dominum nostrum.

*Ad Aquilonem.*

Col. *Postea Sacerdos vertat se ad Aquilonem*

*& aspergendo aquam benedictam dicat.*

**A**desto nobis omnipotens Deus Pater  
& Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

*Oremus.*

**D**omine Iesu Christe Fili Dei, qui es  
refugium pauperum, spes humilium, &  
protector in te sperantium, hanc plagam Aquilonem,  
à qua omne malū panditur, vt testatur  
Propheta, potenter respice, & mala quæ  
iuste meremur propitiis auerte.

**T**V Domine Rex æternæ gloriæ benedice,  
& sancti fidei digneris ho-  
terminos nostros. Vt tua benedictione pro-

ted

necti germinēt, pullulent, floreat, frondeat,  
fructificent omnia in eis seminata, plantata,  
& sata, ad gloriam sanctissimi nominis tui, &  
profectum laborantiū in eis: vt inde sump-  
tis, decimis, primitijs, & oblationibus pro cul-  
tu diuinitatis tuæ, cetera ad vitam nutriendā  
vrorum fidelium, quorum tu via, veritas, &  
vita es: lætabunde feliciter perueniant. Iube  
Domine custodiri eos per sanctos Angelos  
tuos, ab hostibus nostris visibilibus, & in visi-  
bilibus nocte, & die, ne eis quidquā noceat  
per nomen sanctum tuum, quod est Iesus,  
cui omne genu flectitur cœlestiū, terrestriū,  
& infernorum; iube Domine pluuiam saluta-  
rem; iube seruitatem tranquillitatē tempori-  
bus suis. Iube omnem congruentiam. Per te  
saluator mundi: qui cum Patre, & Spiritu  
sancto viuis, & regnas Deus. Per omnia sæcu-  
la sæculorum. Amen.

Domine vobis. & Et cum spirit. &c.

*quæritia sancti Euangelij secundū Marcum.*

In illo tempore: recumbentibus vade-  
decim  
discipulis, apparuit illis Dominus Iesus, &  
exprobrauit incredulitatem illorum, & duri-

*Benedictio agrorum.*

tiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse à mortuis, non crediderunt. Et dixit eis: euntes in mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eo qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nauis: serpentes tollent, & si mortiferum, quibiberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquã locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet ad dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirman-  
te sequentibus signis.

*Postea dicitur.*

**E**Cce Crucem Domini, Alleluia. Fugite ad partes aduersæ: vicit Leo de Tribu Iuda, radix David, Alleluia.

ÿ. Crux benedicta, in qua triumphauit Rex Angelorum, radix David, Alleluia.

ÿ. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster,

ÿ. A si

V. A fulgure, & tempestate, libera nos Deus  
noster.

V. Et enim Dominus dabit benignitatem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

V. Domine exaudi. R. Et clamor.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum, &c.

*Oremus.*

**D**Eus qui nobis beati Marci Euangelis-  
tæ concedis natalitia perfrui: da Eccle-  
siæ tuæ id amare quod credidit & id prædi-  
care quod docuit. Per Christum Dominum  
nostrum. Amen.

*Col. Postea dicatur Litania sequens.*

**K**yrie eleison, Christe eleison, Kyrie elei-  
son, Christe audi nos. Pater de cœlis  
Deus. Miserere nobis.

ili Redemptor mundi Deus. *misc.*

piritus sancte Deus. *misc.*

cta Maria, & omnes Angeli Dei. *Orate.*

incte Petre, cum omnibus Apostolis, &

Euangelistis Dei. *Orate.*

incte Stephane cum omnibus Martyribus

Dei. *Orate.*

incte Hieronyme, & Augustine cum omni

bis Confessoribus Dei. *orate.*

*Sancti*



*Benedictio agrorum.*

Sancta Maria Magdalena, Brigida, Agatha,  
Catherina, Engratia, Ursula: cum omnibus  
sanctis Dei. *Orate pro nobis.*

**E**T benedictio Dei Patris † & Filij †  
Spiritus sancti † descendat, & maneat  
super nos, & super terminos nostros: & An-  
gelus Domini bonus custodiat nos, & e-  
semper. Amen.

*Col. Aspergatur aqua benedicta.*

*Benedictio herbarum in die sancti Iohannis.*

*Baptiste.*

ψ. Adiutorium. R. Qui fecit, &c.

ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tu.

*Oremus.*

**D**omine Iesu Christe, qui corpus, & a-  
nimam in Cruce possuisti, & multas con-  
tumelias à Iudeis audisti, atq; flagelatus fu-  
isti, & per eam omnes credentes, ac baptiz-  
atos reparasti, Sic præcor te per misericordiam  
& pietatem tuam, nec non per pijs-  
simam matrem tuam, atq; per amorem Sanctorum  
Archangelorum, Angelorum, & per be-  
atos Apostolos, Euangelistas, Martyres, Con-  
fessores, Virgines, ac per omnes justos, & el-

os tuos. Præsertim, per amorem, sanctitatē,  
excellētiā, & prædicationem sancti Ioan-  
nis Baptistæ, cuius hodie natiuitatem, & fes-  
tum celebramus, digneris benedicere, &  
sanctificare istas præsentēs herbas, quas ho-  
diē famuli, & famulæ tuæ tradunt ad bene-  
dicendum, per te, & in tuo purissimo nomi-  
ne. Concede etiam, quæsumus, vt vbiq;  
combustæ fuerint, vel pars illarum, sit ad re-  
medium, & refrigerium fructuum, termino-  
rum, & panis, & vini, hortorum, ceterorumq;  
rerum. Vel vbiq; fumus earum attigerit:  
sit ad defensionem melsium, vinearum, & ad  
sanitatem hominum, & aliorum animalium,  
repellatq; omnes tempestates, grandines, &  
aquæ turbidæ vertantur in salutarem plu-  
uiam, placidam, benignam, suabem, & quie-  
tam, virtute harum herbarum, quia tu es de-  
fensor omnium creaturarum, quæ sunt super  
terram, & habes potestatem, & imperium,  
super omnia Demonia, quæ portant malum,  
super terram. Iube ergo, atq; præcipe eis in  
locum heremum ire, vt non destruant terrā,  
atq; fructum eius, neq; labores eorum, de  
quibus dantur ælemosinæ pauperibus, & pri-  
mitiæ

mitiæ

*Benedictio herbarum*

mitiæ Ecclesijs, decimeq; eis fertuentibus  
qui cum Patre, & Spiritu sancto, & benedic  
Domine herbas istas, vt sint remedium salu  
tare generi humano; & præsta per inuoca  
tionem tui sancti nominis, vt quicūque e  
his sumplerint, & gustauerint corporis san  
tatem, & animæ tutelā suscipiant. Per Chris  
tum Dominum, &c. Amen.

*Col. Benedictio herbarum in die sancti*

*Laurentij.*

**D**omine Iesu Christe, qui corpus,  
animam in Cruce possuisti, & multa  
contumelias à Iudeis audisti, atq; flagelatus  
fuiſti, & per eam omnes credentes, ac bap  
zatos reparasti. Sic præcor te per misericor  
diã, & pietatē tuam, nec non, per pijsſimam  
Matrē tuam, atq; per amorē Sanctorū. Ang  
lorū, Archangelorū, & per beatos Apostol  
Euāgelistas, Martyres, Confessores, Virgines  
ac per omnes justos, & electos tuos. Præte  
tim, per amorem & sanctitatem, sanctissim  
Martyris Laurentij cuius hodie testum cel  
bramus: digneris benedicere, & sanctifica  
ista præſentes herbas, quas hodie famuli,  
famulæ tuæ tradunt ad benedicendum p

te, & in tuo purissimo nomine. Cōcede etiā  
quæsumus, vt vbicumq; combustæ fuerint, vel  
pars illarum, sit ad remediū, & refrigerium  
fructuum, terminorū, & panis, & vini, horto-  
rū, ceterorumq; rerum: vel vbicumq; fumus  
earum attigerit, sit ad defensionem messium,  
vinearum, & ad sanitatē hominum: & aliorū  
animalium, repellatq; omnes tempestates,  
grandines, & aquæ turidæ vertantur in salu-  
tarem pluuiam, placidam, benignam, suabem,  
& quietam, virtutē harum herbarum, quia tu  
es defensor omnium creaturarum, quæ sunt  
super terrā, & habes potestatem, & imperiū  
super omnia Dæmonia, quæ portant mala  
super terram. Iube ergo atq; præcipe eis in  
locum heremum ire, vt non destruant terrā,  
atq; fructū eius, neq; labores eorum, de qui-  
bus dantur ælemosinæ pauperibus, & primi-  
tiæ Ecclesijs, decimeq; eis seruientibus, qui  
cum Patre, & Spiritu sancto viuunt & regnant  
per omnia, &c. Benedic † Domine herbas il-  
las, vt sint remedium salutare generi huma-  
no, & præsta per inuocationem tui sancti no-  
minis, vt quicūq; ex his sumpseriat, & gusta-  
uerint, corporis sanitatem, & animæ tutelam  
sulci-



*Benedictio heruarum*

suscipiant. Per Christum Dominum. Amen

*Benedictio aque contra aues locustas, & alia  
animalia.*

**B**ene t dic Domine hanc creaturã aquã  
vt fugiant volucres, vermes & erucæ a  
omnibus legetibus, vineis, oliuetis, fructibus  
& oleribus nostris super quibus aspersa fue  
rit per nomen tuum sanctum Deus Pater  
compotens, & Filij tui Domini nostri Ie  
Christi, virtutem & sancti spiritus bonitatem  
quod quidem nomen sanctum tuum. Inuo  
tum est super ipsam creaturam tuam seget  
vinearum, oliuetorum fructuum, & olerum  
vt fiat salubre alimentum omnibus qui vt  
tur illis. Per eundem Dominum, &c.

Kyrie eleyson. &c. Pater noster, Aue Mar  
Credo in dicuntur, ipse te Benedicat, qui d  
te a Ioanne fuit baptizatus Iesus Christus  
Dominus noster. Amen.

*Oratio.*

**D**eus qui tuorum gloria Confessorum  
splendorq; animarum sanctarum vite  
nostra placata suscipe, & Confessoris tui  
Pontificis Toriui meritis ab omni gelu

grandine nos fac permanere illesos, atq; peruenire ad honores aeternae vitae repromissos.

*Benedictio agrorum, ut ab eis locustae aues, bruchi, & alia animalia noxia gelu & grandine expellantur.*

*Aspergantur aqua benedicta.*

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit caelum, & terram.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscū. ℞. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**O**Mnipotens sempiternae Deus honorū omnium autor, & conseruator, in cuius nomine omne genu flectitur caelestium, terrestrium, & infernorū, concede, vt quod de tua misericordia confisi agimus per tuam gratiam efficacem consequatur effectū, quatenus hos vermes, mures, aues, locustas, aut alia animalia noxia segregando segreges: exterminando extermines: vt ab ista calamitate liberati, gratiarum actiones maiestati tuae referamus. Per Christum Dominum nostrū. Amen.

*Benedictio animalium.*

Col. *Benedictio pro animalibus infirmatibus.*

ψ. *A diutorium, &c. R. Qui fecit, &c.*

ψ. *Domine exaudi. R. Et clamor, &c.*

ψ. *Dominus. R. Et cum spiritu tuo.*

*Oremus.*

**M**isericordiam tuam Domine suppliciter  
exoramus, ut hæc animalia, quæ graui  
infirmate vexantur, tua bene + dictione sa-  
nentur: extinguatur in eis omnis Diabolicæ  
potestas, neq; ulterius ægrotent, esto eis vita  
defensio, & remedium sanitatis. Deus qui la-  
borantibus hominibus, etiam de mutis ani-  
malibus, solatia subrogasti: suppliciter te ro-  
gamus, ut sine quibus, non alitur humana  
conditio, nostris facias vsibus non perire. Per  
Christum Dominum, &c.

*Aspergantur aqua benedicta.*

Col. *Alia oratio sancti Gregorij Episcopi O-*  
*riensis contra locustas, & alia animalia no-*  
*xia. Quæ celebratur 9. Maij.*

*Oremus.*

**D**eus qui beato Gregorio Confesso-  
 tuo, atq; Pontifici contra locustas, pe-

*Benedictio ramorum in die sancti Petri. 42*

tem, atq; raiem specialē gratiam contulisti. Concede propitius, vt eius meritis, & præcibus a corrosione, & consumptione ipsarum, & quarumcumque aliarum pestium in fructibus nostris, atq; à peste & epidiam à incorporibus nostris misericorditer liberemur. Per Christum,

Col. *Benedictio ramorum in die sancti Petri*

*Martyris, quæ celebratur 29.*

*Aprilis.*

*Oratio.*

**E**Xaudi præces tuorum fidelium omnipotēs Deus, vt sicuti Moyfi famulo tuo in Helin, vbi erāt septuaginta palmæ, & duo decim fontes aquarum, propitius adfuisi, ita in solemnitate Petri sanctissimi Martyris tui, quam hodie colimus (à stanti dilecto populo tuo) ad esse tua immensa pietate digneris, & cōtatenus has palmas, ramos, & oliuas famuli tui in honorē tui nominis, & pro reuerentia eiusdem præfati Martyris suscipere anhelāt. Benedicere † digneris, vt quibuscumq; locis. Domibus, hortis, vineis, ne moribus, vel agris fuerint collocatæ, tuam largā consequi bene

F 2

dictionē



dictionē, benignāq; custodiam hauitatores  
vel possessores mercantur, atq; omnis aduersi-  
tas fulgurū, & tempestatum malignorū spi-  
rituū, per intercessionē, & merita eiusdem  
sanctissimi Petri Martyris difugiat, & ad ni-  
hilum redigatur, quatenus fideles de tua gra-  
tuita misericordia confidentes, & palmas, oli-  
nas, & ramos deuotis mentibus suscipientes,  
& quibus locis visum fuerit collocantes, tam  
ipsi, quam eorum bona, ab omni incurso, &  
infestatione nequissimorū dæmonū ineffa-  
bili tua clementia protegantur, & eiusdem  
Beati Martyris assiduo patrocinio salutem  
mentis, & corporis consequi mereantur. Pe-  
Dñm. &c.

*Col. Postea incensantur rami, & aspergantur  
aqua benedicta.*

*Col. Oratio faciendā à Sacendoctibus in visita-  
tione infirmorum.*

**P**Ax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.  
y. Adiutorium nostrum in nomine Domini.  
R. Qui fecit caelum, & terram. y. Domini.  
R. Et cum, &c.

*Orati*

*Oratio.*

**V**irtutum celestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem langorem, & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis: adesto propitius huic famulo tuo, ut fugatis infirmatibus, & viribus receptis, nomē sanctum tuū instaurata protinus sanitate benedicat. Per Christum. Amen.

*Sequentia sancti Evangelij secundum Marcū.*

**I**n illo tempore: recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis: euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autē eos qui crediderint hæc sequētur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquētur nouis: serpētes tollet, & si mortiferū, quid biberint, nō eis nocēbit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in coelū, & sedet

*In visitatione infirmorum.*

a dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

✠. Misere mei Domine quoniam infirmus sum.

℞. Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

✠. Ora pro nobis, ℞. Ut digni, &c.

✠. Salbum fac famulum tuum.

℞. Deus meus esperantem in te.

✠. Mite ei Domine auxilium de sancto.

℞. Et de Sion tuere eum.

✠. Nihil proficiat inimicus in eo.

℞. Et filius iniquitatis nō appouat nocere ei.

✠. Sto ei Domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

✠. Domine exaudi. ℞. Et clamor, &c.

✠. Dominus vobis. ℞. Et cum spirit. &c.

*Oratio.*

**D**omine, sancte Pater omnipotens æternæ Deæ Deus, qui benedictionis tuæ gratiam agris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationem

nomini

nomini tui benignus assiste, vt famulũ tuum ab ægitudine liberatum & sanitati donatũ, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atq; Ecclesiæ tuæ sanctæ cū omni desiderata prosperitate restituas. Amen.

*Oremus.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus salus æterna credẽtiũ, exaudi nos propitius pro famulo tuo pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium, vt redita sibi sanitate, gratiarũ tibi in Ecclesia tua referat actiones.

*Oremus.*

**C**Oncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui læticia. Per Dominum, &c.

*Oremus.*

**D**Eus, qui facturæ tuæ pio semper dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum ex aduersa valetudine corporis laborantem placatum, respice, & visita in salutari tuo, & cœlestis gratiæ præsta medicinam.



*In visitatione infirmorum:*

*Oremus.*

**D**eus qui famulo tuo Regi Ezechia tempore quinquaginta annos ad vitam donasti, concede, ut hunc famulum tuum a leprosa sua aegritudinis tua potentia erigar ad salutem. Per Christum.

*Dicitur ter super egros manus imponent, &c.*

**B**enedicat te Deus Pater, & filius, & Spiritus sanctus, & Corpus tuum custodiat, animam tuam saluet. Cor tuum irradiet. Sensum tuum dirigat, & ad supernam vitam te perducatur.

**B**enedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & descendat super te, & maneat semper. Amen.

*Exorcismus optimus pro impeditis in matrimonio a Demone vel a maleficis.*

*Exorcismo para desligar los casados.*

ŷ. Adiutorium nostrum. R. Qui fecit. ŷ. Saluos fac seruos tuos & ancillas tuas. R. Deus meus sperantes in te. ŷ. Mitte eis Domine auxilium de sancto. R. Et Syon tuere eos. ŷ.

nihil

nihil proficiat inimicus in eis. R. Et Filius iniquitatis non apponet nocere eis. V. Elto eis Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici. V. Domine exaudi. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. R. Et cum.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe Dei & Beatae Mariae Filius, qui in paradiso terrestri matrimonium instituiti, in officium, & conseruationem, & multiplicationem Humanæ naturæ, & ipsum matrimonium mirabiliter honorasti in aduentu tuo ex primordis miraculorum tuorum: tu per merita, & preces Beatae Virginitatis Mariae, & omnium Sanctorum digneris hos quos matrimonialiter coniuxisti bene tunc dicere, ac plene liberare ab omni ligamento facinamento, & maleficio athanae & dare fecunditatem, & gratiam, liberi possint uti matrimonio suo ad generandum, concipiendum, portandum, parientiam, & nutriendum, proles, gratas, Deo, & omnibus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Amen, Iesus Mariae Filius unigeniti salus, & Dominus sit vobis clemens, & pro-

*Exorcismus ad dissoluendum coniuges.*  
& propitius. Amen. *Dicitur Psal. Beati omnia*  
*qui timent 127.*

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe Filij Dei viu  
qui vterum Beatæ Virginis Mariæ tu  
rabiliter fœcundasti, vt de Spiritu sancto co  
ciperet, portaret ac nutrirer, & Deum cum  
hominem saluatorem inuocamus per clemenci  
tiam tuam: vt his famulis tuis N. N. fœcunda  
tatem donare digneris, vt generare, concipi  
re, portare, parere, ac nutrire tibi valeant pro  
lem in vitam æternam, Amen. In nomine  
Patris † & Filij † & Spiritus † sancti Amen.

*Col. Ex Cartusiano de quatuor nouissimis*  
*fol. 358.*

**S**T E mesmo Autor Dionisio en el  
mismo libro, dize que vn Pontifice  
estando enfermo con la vltima en  
fermedad, llamo a vn Capellan de quien to  
nia satisfacion, y de su virtud. Y le dixo que  
quando le viesse que estaua en la agonía de  
la muerte, le rezasse deuotamente tres vezes  
el Pater noster. El primero, en memoria de  
la ag

agonia y angustias que Christo por nosotros padecio, sudando gotas de sangre y derramandolas en la Oracion del Huerto; y le ofreciessse al Padre Eterno recibiesse por las que el auia de padecer por sus pecados.

El segundo Pater noster, le ofreciessse en memoria de todos los dolores, penas, y amarguras que nuestro Redemptor en la Cruz padecio quando espiro, las quales tenga en pie de presentarlas a su Padre omnipotente, por las que el merecia padecer por sus pecados en aquella hora.

El vltimo Pater noster ofreciessse en reuerencia del inefable amor, y caridad con que Jesu Christo Redemptor, y Señor nuestro baxo del Cielo a la tierra, tomando nuestra naturaleza humana, para redimirla, sugetandose a todas estas miserias y penas, para que con este excessiuo amor, fuesse seruido de perdonarle sus pecados, y hazerle merecedor de los gozos del Cielo lleuandole consigo. Hicolo el Capellan como el Papa se lo auia mandado, y despues de su muerte en breue se le aparecio glorioso al Capellan, y le dio las gracias por el gran bien que le auia hecho, y le dixo



*Declaracion del Pater noster.*

dixo el Sãto Pontifice como el señor le auia  
facado del Purgatorio : y le auia librado de  
las congoxas de la muerte por los tres Pater  
nosterres que por el auia dicho ; el Capella  
luego publico la vision de su Santidad y de  
uocion de los Paternosterres , y de alli ade  
lante muchos tomaron esta sancta deuocion

*Nota.*

Antes de los Pater nosterres se dize tre  
vezes el Kyrie eleisõ, y luego como se sigue

Al primero. Saluator mundi salua nos, qui  
per Crucem tuam, & sanguinem tuum rede  
misti nos auxiliare nobis te deprecamur  
Deus noster.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, per agoniam tu  
sanctissimam, & orationem qua orasti  
pro nobis in monte Oliueti quãdo factus es  
sudor tus, sicuti guttæ sanguinis decurrent  
in terram. Obsecrote, vt multitudinem sud  
ris tui sanguinei, quem pro timoris angusti  
copiosissime pro nobis effudisti, offerre  
ostendere digneris Deo Patri omnipoten  
contra multitudinem omnium peccatoru  
huius famuli tui N. & libera eum, in hac ho

mor

mortis suæ ab omnibus peccatis, & angustis  
iuis, quas pro peccatis suis se timet meruisse.  
Qui viuis, &c.

Ad secundum Paternoster. Kyrie, &c.

Domine miserere nobis. Pater noster.

Sanctifica nos Domine signaculo sanctæ  
Crucis, vt fiat nobis obstaculum contra saua  
acula omnium nostrorum. Defende nos Do  
mine per lignum sanctum, & per prærium  
iusti sanguinis tui, quo nos redemisti.

*Oratio.*

**D**omine Iesu Christe, qui pro nobis mo  
ri dignatus es in Cruce obsecrote, vt  
amaritudines omnium passionum tuarum,  
quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuis  
ti in Cruce, quando sanctissima anima tua  
egressa est de corpore tuo, offerre, & osten  
dere digneris Deo Patri Omnipotenti pro  
anima huius famuli tui N. & libera eam in  
hora exitus sui, ab omnibus peccatis, & pas  
sionibus, quas pro peccatis suis se timet me  
ruisse. Qui cum eodem Patre, &c.

Ad tertiũ Pater noster. kyrie eleison, &c.

Pater noster. Salua benedic Saluifica Domi  
ne famulum tuum N. per signum sancte Cru

*Missæ Cartusiani.*

cis moruos auerte corporis, & animæ hæc  
contra signum nullum stet periculum.

*Oratio.*

**O** Domine Iesu Christe, qui per os Prophetæ tui dixisti in charitate perpetua dilexisti te, ideo attraxi te mihi miserans te obsecro te, vt eandem charitatem tuam, quæ te de cœlo in terram ad tolerandas omnium passionum tuarum traxit: offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra omnes penas, & passiones huius famuli tui N. quas pro peccatis tuis se timet meruisse. Salua animam eius in hac hora exitus sui aperiri ei ianuam vitæ, & fac eam gaudere cum Sanctis tuis in gloria. Qui viuis, &c.

*La Missa de las Cinco llagas de nuestro Señor Iesu Christo, de la qual se lee auer sido por el Santo Pontifice Inocencio confirmada, y por qualquiera alma del Purgatorio se celebra cinco vezes continuos, como lo dize el Autor, y interpolacion, y se añadiere la sexta Missa de la Resurreccion de Christo, q̄ la tal alma sera librada de la pena del Purgatorio, aunque buuiere*

de estar hasta el dia del Iuyzio uniuersal pe-  
ando en el.

Se han de dezir con gran deuocion cinco Pſal-  
mos, que han de acabar con requiem eternam  
y lugar de gloria Patri.

Al principio de cada Miffa vn Pſalmo de  
dillas, començado deſte primero. Pſal. 21.

**D**EUS meus, respice in me, quare me  
de reliquisti? longe a salute mea ver-  
ba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & nõ exau-  
dies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas: laus Israel.

In te sperauerunt patres nostri: speraue-  
runt, & liberasti eos.

A te clamauerunt, & salui facti sunt: in te  
sperauerunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo, op-  
probrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: locu-  
ti sunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino, eripeat eum: saluum  
faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de ven-  
tre

tre



*Missa Cartusiani.*

- 84  
-84 tre spes mea ab vberibus matris meae.  
10 In te proiectus suum ex utero: de ventre matris meae Deus meus es tu, ne descesseris, a me.  
11 Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuret.  
12 Circumdederunt me vituli multi: tau pingues obsederunt me.  
13 Aperuerunt me super me os suum; sicut leo rapiens, & rugiens.  
14 Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.  
15 Factum est cor meum tanquam celiquefascens: in medio ventris mei.  
16 Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & impuerem mortis deduxisti me.  
17 Quonia circumdederunt me canes multi: concillium malignantium obsedit me.  
18 Foderunt manus meas, & pedes meo dinumerauerunt omnia ossa mea.  
19 Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta meo & super vestem meam miserunt sortem.  
20 Tu autem Domine ne elongaueris auxilium

xiliu

xilium tuum a me: ad defensionem meam  
conspice.

1 Erue a framea Deus animam meã: & de  
manu canis vnicam meam.

2 Salua me ex ore leonis, & à cornibus  
vnicornium humillitatem meam.

3 Narrabo nomen tuum fratribus meis: in  
medio Ecclesiæ laudabo te.

4 Qui timetis Dominum, laudate eum:  
vniuersum semen Iacob glorificate eum.

5 Timeat cum omne semen Israel: quoniã  
non spreuit neque despexit de præcatio-  
nem pauperis.

6 Nec auertit faciem suam a me: & cum  
clamarem ad eum, exaudiuit me.

7 Apud te laus mea in Ecclesia magna: vo-  
ta mea reddam in cōspectu timētium eum.

8 Edent pauperes, & saturabuntur, &  
laudabunt Dominum qui requirunt eum:  
vivent corda eorum in sæculum sæculi.

9 Reminiscetur, & conuertentur ad Do-  
minum: vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius: vniuerse  
familiæ gentium.

Manducauerunt, & adorauerunt om-  
nes

G

nes

*Missæ Cartusiani*

nes pingues terræ: in cōspectu eius cadent  
omnes qui descēdunt in terram.

32 Et anima mea illi uiuet: & semen meum  
seruiet ipsi.

33 Annunciabitur Domino generatio uer-  
tura: & annuntiabunt cœli iustitiã eius, p-  
pulo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Requiem æternam dona eis Domine, &  
Kyrie eleison. Christe, &c. Pater noster, &c.

ÿ. Requiem æternam. & Et lux perpetua.

ÿ. A porta inferi. & Erue Domine.

ÿ. Credo videre bona Domini. & In terra  
uiuentium.

ÿ. Ne tradas Domine bestijs animas confi-  
tentium tibi. & Et animas pauperum tu-  
rum ne obliuiscaris in finem.

ÿ. Domine exaudi. & Et clamor.

ÿ. Dominus uobiscum. & Et cum spiritu tuo.

*Col. Prima ad monitio ante primam Missam*

*Oratio.*

**A**mmoneo te mitissime, & clementis-  
sime Domine Iesu Christe per tuam  
nocentem captiuitatem, quam pro toto g-

ere humano subire voluisti, vt liberare dig-  
eris animam famuli tui. N. ab omni captiui-  
ate, & à pena purgatorij cui peccatis suis  
existentibus voluntarie se tradidit captiuam.  
am. Qui viuis, & regnas Deus per omnia sæ-  
cula sæculorum. Amen.

Col. *Deinde inchoatur officium Missæ. Humi-  
liauit semetipsum, vt in Missali.*

Col. *Secundus Psalmus in principio secundæ  
Missæ. Psal. 34.*

**I**Vdica Domine nocentes me, expugna  
impugnantes me.

Apprehende arma, & scutum: & exurge  
in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & conclude aduersus  
eos: qui persequuntur me: dic animæ meæ,  
salus tua ego sum.

Confundantur, & reuereantur: quæren-  
tes animam meam.

Auertantur retrosum, & confundantur:  
cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem ventis  
& Angelus Domini coarctans eos.



*Missæ Cartusiani:*

- 7 Fiat via illorum tenebræ, & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.
- 8 Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: super vacue exprobrauerunt animam meam.
- 9 Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.
- 10 Anima autem mea exultauit in Domino & delectauit super salutari suo.
- 11 Omnia ossa mea dicent: Domine qui similis tibi?
- 12 Eripiens in opem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem diripientibus eum.
- 13 Surgentes testes iniqui: quæ ignorabas interrogabant meæ.
- 14 Retribuebant mihi mala pro bonis: stilitatem animæ meæ.
- 15 Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio.
- 16 Humiliabam in ieiunio animam meam & oratio mea in sinu meo conuertetur.
- 17 Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacebum: quasi lugens,

contristatus sic humialiabar.

18 Et aduersum me lætati sunt, & conuer-  
nerunt, cōgregata sunt super me flagella,  
& ignorauit.

19 Dissipati sunt, nec compuncti tentaue-  
runt me, subsannauerunt me subsannatio-  
ne: frenduerunt super me dentibus suis.

20 Domine quando respicies? restitue ani-  
mam meam á malignitate eorum a leoni-  
bus vnicam meam.

21 Confitebor tibi in Ecclesia magna: in  
populo graui laudabo te.

22 Non super gaudeant mihi, qui aduer-  
santur mihi inique: qui oderunt me gra-  
tis, & annuunt oculis.

23 Quoniam mihi quidem pacifice loque-  
bantur: & in iracundia terræ loquentes,  
dolos cogitabant.

24 Et dilatauerunt super me os suum: di-  
xerunt, euge, euge, viderunt oculi nostri.

25 Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne  
discedas a me.

26 Exurge, & intende iudicio meo: Deus  
meus, & Dominus meus in causam meam.

27 Iudica me secundū iustitiam tuā Domi-

*Missæ Cartusiani.*

ne Deus meus: & non super gaudeat mihi

28 Non dicant in cordibus suis euge, euge  
animæ nostræ: nec dicant deuorauimus eum

29 Erubescant, & reuerentur simul: qui  
gratulantur malis meis.

30 Induantur confusione, & reuerentia, qui  
magna loquuntur super me.

31 Exultent & lætentur qui volunt iustitiã  
meam, & dicant semper magnificetur Do-  
minus, qui volunt pacem serui eius.

32 Et lingua mea meditaui iustitiã  
tuam: tota die laudem tuam.

Requiem æternam, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison, &c. Pater nos-  
ter. Vt supra.

Col. *Secunda ad monitio ante secundam*

*Missam.*

*Oratio.*

**A**mmoneo te mitissime, & clementissi-  
me Domine Iesu Christe per tuum in-  
nocens iudicium, quod iniuste sustinere vo-  
luisti pro toto genere humano, vt liberare  
digneris animã famuli tui N. de iusto iudicio  
in quo voluntarie peccatis suis exigentibus

hæ tradidit iudicandam: qui viuis, &c.

Col. *Tertius Psalmus ante tertiam Mis-*  
*sam.* Psalm. 54.

1 **E**Xaudi Deus orationem meam, & ne  
despexeris depræcationem meã. In-  
tende mihi, & exaudi me.

2 Contristatus sum in exercitatione mea:  
& conturbatus sum à voce inimici, & attri-  
bulatione peccatoris.

3 Quoniam declinauerunt in me iniquita-  
tes: & in ira molesti erant mihi.

4 Cor meum conturbatum est in me: & for-  
mido mortis cecidit super me.

5 Timor, & tremor venerunt super me: &  
contexerunt me tenebræ.

6 Et dixi, quis dabit mihi pœnas sicut co-  
lumbæ, & volabo, & requiescam?

7 Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitu-  
dine.

8 Expectabam eum qui saluum me fecit: à  
pusillanimitate spiritus, & tempestate.

9 Præcipita Domine, diuide linguas eorũ:  
quoniam vidi iniquitatem, & contradic-  
tionem in ciuitate.



*Missæ Cartusiani.*

- 10 Die ac nocte circumdabit eam super muros eius: iniquitas & labor in medio eius: & in iustitia.
- 11 Et non defecit de plateis eius: usura & dolus.
- 12 Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem utique.
- 13 Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitam ab eo.
- 14 Tu vero homo vnanimis: dux meus, & notus meus.
- 15 Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.
- 16 Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.
- 17 Quoniam nequitia in habitaculis eorū: in medio eorum.
- 18 Ego autem ad Deum clamaui: & Dominus saluauit me.
- 19 Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo: & exaudiet vocem meam.
- 20 Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi quoniam inter multos

multos erant mecum.

1 Exaudiet Deus, & humiliabit illos: qui est ante sæcula.

2 Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum: extendit manum suam in retribuendo.

3 Contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: & apropinquauit cor illius.

4 Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.

5 Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto.

6 Tu vero Deus deduces eos: in puteum interitus.

7 Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine. Requiem æternam, &c.

yrrie eleison. Christe, &c. Pater noster, &c. Et ne nos, &c.

Requiem æternam.

Et lux perpetua.

A porta inferi. &c. Erue Domine.

Credo videre bona Domini.

*Missa Cartusiani.*

R. In terra uiuentium.

ψ. Ne tradas Domine bestis animas confitentium tibi.

R. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

ψ. Domine exaudi. R. Et clamor:

ψ. Dominus uobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Col. *Tertia ad monitio ante Tertiam.*

*Oratio.*

**A**mmoneo te mitissime, & clementissime me Domine Iesu Christe per tuam innocentem, & indignam conclauationem, quam pro toto genere humano in Cruce fastinuisti, ut liberare digneris animam famuli tui. Ne de iusta conclauatione cui peccatis suis exigentibus uoluntarie se tradidit puniendam Qui uiuis, & regnas, &c.

Col. *Quartus Psalmus ante quartam Missam.* Psalms. 68.

1 **S**aluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam.

2 Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

3 Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

4 Labo

4 Laboravi clamans, rauca factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum.

5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

6 Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ nõ rapui tunc exolebam.

7 Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

8 Non erubescant in me, qui expectant te Domine: Domine virtutum.

9 Non confundantur super me: qui quærunt te Deus Israel.

10 Quoniam propter te sustinui opprobrium operuit confusio faciem meam.

11 Extraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus filijs matris meæ.

12 Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobantium tibi ceciderunt super me.

13 Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

14 Et posui vestimentum cilicium: & factus sum illis in parabolam.



*Missæ Cartusiani.*

- 15 Aduersum me loquebantur qui sedebant  
in porta: & in me psallebant qui bibebant  
vinum.
- 16 Ego vero orationem meam à te Domi-  
ne: tempus bene placiti Deus.
- 17 In multitudine misericordiæ tuæ exau-  
di me: in veritate salutis tuæ.
- 18 Eripe me de luto vt non infigar: libera  
me ab ijs qui oderunt me, & de profundis  
aquarum.
- 19 Non me demergat tempestas aquæ, neq;  
absorbeat me profundum: neque vrgeat  
super me puteus os suum.
- 20 Exaudi me Domine quoniam benigna  
est misericordia tua: secundum multitudi-  
nem miserationum tuarum respice in me.
- 21 Et ne auertas faciem tuam à puero tuo  
quoniam tribulor, velociter exaudi me.
- 22 Intēde animæ meæ, & libera eam: prop-  
ter inimicos meos eripe me.
- 23 Tu scis improperium meum, & confu-  
sionem meam, & reuerentiam meam.
- 24 In conspectu tuo sunt omnes qui tribu-  
lant me: improperium expectauit os  
meum, & miseriam.

- 25 Et sustinui qui simul contristaretur, &  
non fuit: & qui consolaretur, & nō inueni.
- 26 Et dederunt in escam meam fel: & in si-  
ti mea potauerunt me aceto.
- 27 Fiat mensa eorum coram ipsis in la-  
queum: & in retributiones, & in scandalū.
- 28 Oscurentur oculi eorum ne videant: &  
dorsum eorum semper in curua.
- 30 Effunde super eos iram tuam: & furor  
iræ tuæ comprehendat eos.
- 31 Fiat habitatio eorum deserta, & in ta-  
bernaculis eorum non sit qui inhabitet.
- 32 Quoniam quem tu percussisti perfecuti  
sunt: & super dolorem vulnerum meo-  
rum addiderunt.
- 33 Appone iniquitatem super iniquitatem  
eorum: & non intrent in iustitiam tuam.
- 34 Deleantur de libro viuentium: & cum  
iustis non scribantur.
- 35 Ego sum pāuper, & dolens; salus tua  
Deus suscepit me.
- 36 Laudabo nomen Dei cum cantico: &  
magnificabo eum in laude.
- 37 Et placebit Deo super vitulum nouellū:  
cornua producentem, & vngulas.

*Missa Cartusiani:*

38 Videant pauperes, & latentur: quærite  
Deum, & viuet anima vestra.

39 Quoniam exaudiuit pauperes Domi-  
nus: & vinc̄tos suos non despexit.

40 Laudent illum Cœli, & terra: mare &  
omnia reptilia in eis.

41 Quoniam Deus saluam faciet Sion: &  
ædificabuntur ciuitates Iuda.

